

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

## **Dissertatio Theologica, Qva Libertinismum Docendi, a Jo. Merckero ex instituto defensum**

Wittembergæ: Literis Christiani Gerdesii, [1703]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn891228292>

Druck    Freier  Zugang





107.

Fa-1092 (107.)





L. N. 7!

DISSERTATIO THEOLOGICA,  
Qva  
**LIBERTINISMUM  
DOCENDI,**

<sup>a</sup>  
**JO. MERCKERO**

ex instituto defensum,

AUSPICIIS

SERENISSIMI PRINCIPIS ATQVE DOMINI,

**DN. FRIDERICI AVGVSTI,**  
ELECTORATUS SAXONICI HEREDIS,  
ETC. ETC.

PRÆSIDE

**GOTTLIEB WERNSDORFIO,**

Theol. Doct. & Prof. Publ. Extraord.

*In Illustri ad Albit Academia*

d. XXI. Decembr. A. R. S. cI cccIII.

asserta legitimæ Vocationis necessitate,

REJICET


**M. JO. ANDREAS SENFF**

Lommatio - Misn.

---

WITTEMBERGÆ, Literis CHRISTIANI GERDESI.

23<sup>a</sup>  
23.  
37  
22.  
36.  
22.  
35.  
22.  
41.  
22.  
38.  
6.  
22.  
42.  
22.  
8.  
18.  
8.  
1.  
19.  
48.  
17.  
41.  
11.  
31.  
44.  
12.  
49.  
14.  
39.  
51.  
13.





I. N. 7.

**I**D pridem magno in negotio habere visi sunt temporum nostrorum fanatici, ut, quem unum omnium maxime destinatis suis obstatre intelligunt, docentium in Ecclesia ordinem, non modo varie criminando contemptum suis reddant, sed & auctoritate prisca, sanctissimisque muniis exutum opprimant prorsus, graduque dejiciant. Ac initio quidem res per cuniculos est acta, quando ingens de subtractis populo juribus, corruptis Doctorum moribus, auctoritate hominum nimia, exercita in conscientias tyrannide, querala: mox de ampliandis Sacerdotii spiritualis officiis, & privatis ad instillandam pietatem congresibus, instituta contentio fuit. Quæ cum partim supervacanea, partim suspecta viderentur Nostratibus, & talia, quæ progressu temporis religioni contemptum, ordini S. exitium allatura essent; illi ex adverso de inquis multorum judiciis quiritari cœperunt, per quæ talia tribuantur sibi, de quibus ne cogitationem quidem suscepint; cum ipsi dignitatem ordinis S. salvam cupiant, atque hoc unum defiderent, ut docentes sui admoneantur officii, & pravi quorundam in Ecclesia corrigantr mores, omnes denique ad sanctiorem vitæ usum, & consuetudinem perducantur. Nunc autem res erupit in nervum, quando hoc ipso vertente anno prodiit JO. MERCKERI, *Ecclesiae Evangelicae, apud Effenenses in Westphalia, Pastoris de liberitate docendi, & potestatem Clavium exercendi Libellus*, vernaculo sermone confectus. Qui quidem prius illud de

A. 2

liber-

23 <sup>a</sup>	31
23.	32
	29.
22 <sup>a</sup>	36.
22.	35.
	24.
22 <sup>a</sup>	34.
22	42.
	5.
21 <sup>a</sup>	4.
21.	8.
	1.
21 <sup>a</sup>	10.
21.	18.
	17.
21 <sup>a</sup>	41.
21.	31.
	4.
21 <sup>a</sup>	49.
21.	51.
	1.

*libertate docendi*, argumentum, quatuor complexus capitibus, cuvis, etiam mediocriter idoneo, publice docendi potestatem facit, ac ne feminis quidem, sub certis conditionibus, eadem interdicendum esse contendit, vocationis autem necessitatem ex instituto & data opera impugnat, Episcopis denique (ad quos doctrinam publicam nihil pertinere absurdissime statuit) praeter inanem dirigendi moderandique potestatem nullam relinquit. Quo ipso sicut ordinem docentium, tot communum divinitus privilegiis, graviter laedit, & quantum in ipso est, penitus ex Ecclesia tollit; sic, quam ille urget laudatque, promiscue docendi licentia, non Libertas dicenda fuerat, sed Libertinismus. Bilem cum primis omnem in Vocationem per homines evomit, quam quidem sub ingressum Libelli, verbis adeo indignis & contumeliosis exagitat, ut dubium sit, inscitamine hominis magis miserari, an detestari malitiam debeamus. Das Reich der Finsterniß / inquit, ist so glücklich gewesen / daß es einen besondern Lehr-Satz aus der Nothwendigkeit des Berufs gemacht / und damit sich wider den H. Geist verbollwercket hat / da es doch ein blosser Menschen-Fund ist / der zum Verderben der Seelen gerichtet ist. Quæcum atrocia sint, & vix sine horrore animi recitanda, quam in progressu ostenderit modestiam, facile est perspicere. Nos vero, procul omni acerbitate verborum, rem ipsam plano liquidoque genere scribendi considerabimus, cumque integrum libellum una examinare & discutere opera nequeamus, hac vice asserta *vocandi necessitate*, solum DOCENDI LIBERTINISMUM, propitio Numine refellemus, ceteris commodiori loco ac temporis reservatis. Quod ut prospere nobis eveniat, DEum supplices poscimus ac oramus!

§.L

## §. I.

**A**nte vero, quam caput rei aggrediamur, notari debet Auctorem nostrum hominum in Ecclesia tres classes constituiere. Primam eorum, qui, ceu minus exercitati, domi quidem suos, non item publice alios, docere possint. Alteram eorum qui, tanquam peritiores, non solum domi, sed foris quoque, docere alios possint ac debeant, et si nondum Doctores publici audiant. Ultimam eorum, qui longo usu subacti & exquisita docendi dexteritate, ceu dono ministrante, ut loquimur, instruti, cum auctoritate, concionem erudiant, & proprie Doctores Ecclesie appellantur. Illis officium docendi privatum: istis commune; his proprium: Omnibus tamen, citra peculiarem quandam vocationem, convenire existimat. Unde & hanc distinctionem non in Vocatione quadam humana, sed donorum Spiritus mensura, fundatam esse contendit. Quibus sic disputationis ad Questionem p. 7. Ob in der Kirchen ein ieder / welcher mit der Gabe zu iehren von Gott versehen ist/ ohn Menschlichen Beruff/ frey und öffentlich lehren möge und solle? Responder: Diese Frage bejahen wir/ und bekennen zu glauben/ daß ein ieder/ der geubet ist/ ohn Beruff/ frey öffentlich lehren könne/ und selles/ es sey nun/ daß er als ein eigentlicher Lehrer/ eine besondere Tüchtigkeit/ und das darauff beruhende besondere Lehr-Amt habe/ oder/ wegen wenigern Gaben/ in dem gemeinen öffentlichen Lehr-Amt stehe. Hæc est plana Fanatici de libertate docendi sententia, pro qua ita propugnat, ut primum Libertinismum docendi plurimis rationibus adstruat: tum vero vocandi necessitatem, & quæ pro ea e Scripturis afferri argumenta solent, impugnet. Nos, et si forte commodius fuerit, ordinem, quem adversarius tenuit, invertisse; illius tamen insequemur vestigia, suppositaque tantisper vocandi necessitate, primo Libertinismum docendi confutabimus: hinc vocationis necessitatem, firmato, & a Fanatici corruptelis asserto argumentorum robore, defendemus.

§. II. Urget igitur i.) neminem unquam non vocatum, vel Laicum, ne quidem Pontificios inter, nedum Nostros, prohibitum fuisse, euidis scriptis docere alios. Quod prisei juris vestigium, uti



*non sine Numinis providentia, sit etiamnum super; ita ex eodem potestatem publice docendi, sine vocatione, oppido elucescere. Libros enim scribere, genus quoddam esse doctrinæ publicæ, tanto majoris reputandum momenti, quod, cum viva voce, non nisi unus coetus; scriptis, innumeris doceantur; ita ut se hoc comparetur cum illo, solum prope dici debere publicum videatur. Si periculum velimus respicere, multo majus e scriptorum editione, quam viva institutione posse emergere. Et tamen hoc non obstante cuvis etiamnum permisum esse, circa vocationem editis libris totum orbem docere: Hinc ergo ad publice docendum vocationem non requiri liquidum constare.*

§. III. Quæ uti cum quadam veritatis dicuntur specie, sic ad eadem penitus resellenda notamus, accurate distingvi oportere scriptores. Horum enim alii *Theologi* sunt, alii *Politici*, quorum nomine illos omnes complectimur, qui sacra ex professo & instituto non tractant, cuiusdem cuncte sint conditionis, aut ordinis. Illi, *Theologos* puta, hoc ipso, quod per Vocationem legitimam publice docere iussi sunt, scribendi potestatem una sunt consecuti, maxime, qui in Scholis & Academiis docent, in quibus partem officii esse, eruditis lucubrationibus bono publico inservire, dudum a Lutherò, T. III. Vitemb. Psal. 82. f. 139. & iis est observatum, quibus mores hominum formare curæ cordique est, Vid. R. Dürrius in Comp. Theol. Mor. Part. Spec. cap. II. p. 307. Et ex eod. D. Olear. Tab. LXI. Theol. Mor. num. 5. Conf. Dannbauer in præf. des Straßb. Denkmals. De quibus tamen in præsenti non opus est multum disquirere, quum nulla de iis mota sit controversia. De Laicis, vel, ut loqui amamus, Politicis, maxime disputatur, qui si aliquando evulgant aliqua, ab iis, quibus alioqui vacare debebant, munis aliena, illa vel pure sunt *sacra*, vel *mixta* saltem, cuiusmodi *Brunnemannum* quondam, *Zieglerum*, *Fritschium*, nescio sanctiore consilio, an felicio successu, edidisse meminimus. Si mixti generis fuerint, *Vocatione speciali* non indigent, quod fere argumenta sacra deducunt e foro rationibus illustrant, vel profana sacris quibusdam observationibus, cœu condimentis aspergunt,

## DOCENDI.

六

gunt, mirificum denique divini humanique juris consensum docent. Si pure *sacra* ediderint, tum vero hæc porro vel *sacris Literis*, receptæque in *Symbolis* doctrinæ conformia, vel non conformia fuerint. Si prius, denuo vel *cum* Theologorum, ad quos illa cura pertinet, *consensu* & approbatione vulgantur, vel *sine* illa. Si illud; *Vocationis specialis* defectus subsecuta Theologorum approbatione quodammodo pensatur, quorum personam, horum permisso, in se recepisse videntur, idque non magis poterit improbari, quam si quis, nondum licet vocatus, concionando se exerceat, vel alterius vices catechisando sustineat. Si hoc; dummodo sana scripserint, *vocatio Generalis*, seu, ut nonnulli nominant, *charitatis*, sufficerit, qua omnes Christiani tenentur, gloriam Dei, & proximi utilitatem provehere. Quod cum purioris religionis studio in primis fieri possit, bene faciunt, qui eam cunque scriptis editis confitentur, illustrant, defendunt aliisque propinan: Maxime in casu necessitatis, & cum Ministri Ecclesiæ sui in docendo officii obliviscuntur. Dormitantibus enim canibus, ubi veritatis Capitolium ab hostibus petitur, ne anseribus quidem licet esse mutis, nec, cum omnia ardent, alia, quam charitatis, est exspectanda *vocatio*, omni ordine, ut loquitur D. Danhauerus, antiquior. Vid. *Hodos*. p. 1054. Interim cum res sacræ non modo reverenter, sed etiam circumspete tractari debeant, tanquam hujusmodi, in quibus bis peccare non liceat; tum vero unius ingenium hominis omnibus excolendis sit impar, & sua quæcumque conscientia moneat, ut rebus ad se non pertinentibus abstineat, nec ea docere alios audeat, quæ ipse nondum perdidicit, adhæc Theologos inter non desint, qui scribendo officium suum faciant, merito illud *Syracide* pruritui quorundam opponimus: Χαλεπώτερά σθ μη ἔγειται καὶ ιχυροτέρα σθ μη ἐξέτασθε. Α προστάγη σοι, τάυτα διανοθ. Σ γαρ εἴδι τοι χρεία των πρυτῶν. Difficiliora Fe ne queras, & fortiora Te ne scruteris. Que pracepta sunt Tibi, hæc cogita. Non enim est Tibi opus occultis. In supervacuis operum tuorum ne sis curiosus, plura enim intellectu hominum offensa sunt Tibi. Cap. III. v. 29, sq. Praclare ut solet;

hao

hac de re B. Matthesius de V. L. pag. 39. b. scribit: Aposteln und  
 Pfarr-Herren/ so es Befehl haben/ wie S. Petrus sagt/ sollen dem  
 Wort und Gebet obliegen / NB. Bücher schreiben / die Schrift  
 erklären/ gewaltig seyn die Widersacher einzutreiben / und ihnen  
 die Schnauze zuverquellen/ wie CHRISTUS den Epicuri-  
 schen Sadduceern. Vos etiam non sic, sagte D. Luther/ da ihm  
 ein Herr ein Buch zuschicket/ darin er vom Glauben und Wer-  
 cken oben und eben hin gecanzleyet hatte. Denn wie Christus  
 saget von seinen Predigern/ Vos non sicut Reges, so gelte auch der  
 Spruch in der Gegenschantz von Regenten/ Vos non sicut Prae-  
 dicatores. Ein ieder thue und richte aus/ was ihm GODTE  
 aufgelegt/ Prediger lehren und beten / Regenten wehren und  
 schützen / der gemeine Mann warte seines Handwerks und Ge-  
 werbs/ und gehe fleißig zur Kirchen/ bekenne dasselbe/ wenn er ge-  
 fragt wird. Also hat iederman alle Hände voll zu schaffen/ und  
 kan dabey durch den Glauben an Christum selig werden. Et  
 certe persvasum habeo, in sua quemque disciplina & arte, tot  
 atque tanta habere scribendi cupidum, quæ tractet, excolat,  
 investiget, aperiat, ut ab invadendis alienis procul omni suspi-  
 cione ignaviae posit abstinere. Et sicut consummatum quen-  
 dam in orbe terrarum dari Theologum prorsus inferior; sic  
 necdum quenquam in alia quadam arte eo perfectionis credi-  
 derim ascendisse, ut, quod amplius agat in ea, non habeat. Sa-  
 tius ergo fuerit Theologis sacra relinquere, & ad quod quisque  
 constitutus est, agere, quam sua negligendo, aliena occupando,  
 utrumque corrumpere. Quod si quis ad proposterum scri-  
 bendi pruritum etiam corruptelas in doctrina adjecerit, quod  
 altero abhinc Seculo Peucerum, & Sturmum; Nostro Thomas-  
 um, Fridlibum, Brenneisenum, fecisse meminimus, tum vero,  
 Politicorum conatus tanto magis improbandos esse statuimus.  
*Specialis enim Vocationis tabulas, quas ostendant, non habent:*  
*Generalem similiter obtendere non possunt, ut quæ pro sco-*  
*po habet rem bonam, cum ipsi contra scriptis suis & Ecclesiam*  
*turbent, & errores disseminent, & pios offendant, & mala denique*  
*plurima in Ecclesiam invehant.* Quo pacto non magis illi,  
 vocati

vocati esse poterunt ad scribendum, quam improbi homines ad peccandum. Non enim ad immunditatem vocavit nos Deus, sed ad sanctificationem 1. Thess. IV, 7. Itaque Peucerum a Saxone, Sturmium a Pappo, reprehensum esse accepimus, quod, cum ille urinam inspicere, & artem Medicam exercere: hic literas humanitatis juventuti proponere debuerit; alter *Catechismum Calvinianum* scribere, alter, *conduxit* Reformatorum Rhetorem dare, quam officio suo rite, diligenterque defungi maluerint. Nec rara sunt eorum, hoc maxime tempore, exempla, quorum in tractandis ex professo sacris protervia, quando alia ratione ad sanitatem reduci non potuit, Principum editijs reprimenda fuit. Interim, inferet Merckerus, *Laicis evulgatione librorum interdici non potest, ob generalem vocationem, qua omnes Christiani fruuntur.* Quæ si ad scribendum potest sufficere, cur non etiam ad docendum? Resp. Multum inter se differunt, scribere, & publice viva voce docere. Illud est arbitrarium, liberum, & (si a profitentibus in Schola discesseris) extraordinarium. Permittitur enim Laicis ad sacra tractanda idoneis, tanquam exercitium quoddam Propheticum, si fiat cum consensu Theologorum, sine purioris doctrinæ noxa, & propriæ vocationis neglegētu: Vel etiam in casu necessitatis, & cum *Vocatio Charitatis* id exigit. Adeoque nec ex speciali officio debitum, nec in ordine certo fundatum est. Hoc vero est ordinarium, statum, perpetuum, vi ordinis a Deo instituti præstandum, & ipsius Ministerii Ecclesiastici munis comprehensum. Quæ plurimum differunt. Instas: *Utrumque tamen doctrinæ publicæ genus est, imo quod fit scribendo, magis est publicum, quam quod viva voce præstatur.* Resp. Publicum vel accipitur sensu Gramatico, & sic id omne notat, quod non est privatim actum, utut sit privato consilio suscepit, & opponitur clandestino: Vel Pollicio, quo notat, quod non modo publice actum, sed publica quoque auctoritate firmatum est, opponiturque privato. Illo modo hi omnes docent publice, qui vel scripta evulgant, vel in Academiis, & alias, scholas aperiunt, omnibus, quibus volupe est, frequentandas. Hoc autem hi soli Doctores publici audiunt, qui auctoritate

23 <sup>a</sup>	37
23.	37
22 <sup>c</sup>	36
22 <sup>b</sup>	35
22 <sup>a</sup>	34
22.	34
21.	42
21.	41
21.	40
21.	39
21.	38
21.	37
21.	36
21.	35
21.	34
21.	33
21.	32
21.	31
21.	30
21.	29
21.	28
21.	27
21.	26
21.	25
21.	24
21.	23
21.	22
21.	21
21.	20
21.	19
21.	18
21.	17
21.	16
21.	15
21.	14
21.	13
21.	12
21.	11
21.	10
21.	9
21.	8
21.	7
21.	6
21.	5
21.	4
21.	3
21.	2
21.	1
21.	0

tate Principis & Ecclesiæ, vi ordinis a Deo instituti, ad publice docendum sunt obligati. Ad illud Generalem vocationem sufficere concedimus: ad hoc, negamus.

§. IV. Urget II) naturam ipsam suggestere, quod suis quisque donis, libere & palam, citra vocationem, omnibus & posset & debeat inservire pro viribus. Ilnde veteres nec a Philosophis profana tradituri, nec ab Apostolis Evangelium afferentibus Vocationis humanae tabulas requisiverint: Quod cum nihilominus fiat hoc tempore, jugum Christianis hominibus imponi, ne gentilium quidem cervicibus toleratum, & obscurari nature lumen, quod tamen per Scripturam non minui, sed amplificari debuerit.

Resp. omnino natura ipsa dictitat, unicuvis licere donis suis alteri inservire pro viribus. Nec tamen illa negat accedere debere vocationem, si ordo divinus id postulet. Utut enim hujus necessitatem ignoret, utpote ex solis S. Literis cognoscendam; generatim tamen unumquemque jubet rite defungi mandatis sibi partibus & accurate servare ordinem a superiore præscriptum. Qui cum circa Ecclesiæ Ministros id postulet, ut nemo, nisi vocatus, docendi potestatem accipiat, jam certe ipsius naturæ judicio peccant, qui non exspectata Vocatione doctrinam publicam occupant, peculiari Ecclesiæ ordini de voluntate Numinis reservatam. Nam ne inter Ethnicos quidem defuerunt, qui vitandæ confusionis, & boni publici ergo, vocationis necesitatem in munere publico obeundo agnoscerent. Itaque Augustus Cæsar, *ut ex auctoritate ejus fcti responderent* jusfit: ab eoque tempore ad Hadrianum usque *jus respondendi* ab Imperatoribus est datum. Sic M. Antonius Pius Rhetoribus & Philosophis per omnes Provincias honores & salaria detulit: M. Ant. Philosophus autem Athenis omnis doctrinæ Magistros annua mercede conductos *ad communem Gentium utilitatem*, ut loquebatur, instituit. Vid. Heidn. Histor. L. IV. p. 156. 160. 168. Conf. Svet. in Cal. c. 34. Ac licet olim, quod minime disfitemur, plurimi etiam non iussi, sapientiam fuerint profesi, ab his tamen ad ordinarios Ecclesiæ Magistros & Doctores concludere est nefas. De his enim vocandis man-  
datum

*datum extat*: De illis nullum. Unde adeo mirum esse non debet, quod ab Apostolis Evangelii præconibus nulla est vel Athenis, vel alibi, requisita vocatio. Hanc enim ad obeundum Ministerium necessariam esse, gentibus, antequam veram religionem plenius imbibissent, non magis constare poterat quam quod Apostoli non sacernologi essent, cujusmodi videbantur initio *Autor. XVII*, 18. sed voluntatis divinæ veri legitimique interpres. Sufficit reapse vocatos fuisse illos, eique rei multis miraculis copiosam fecisse fidem, siquidem in præsenti non, utrum Vocatio Doctoris omnibus *nota & credita*, sed utrum in futuro Doctore omnino *adesse* debeat, disputatur. Calumnia vero est his talibus Christianis hominibus eripi libertatem, & nescio quod, servitutis humanæ jugum imponi. Ut enim Deus est Deus ordinis non confusionis *1. Corinth. XIV*, 33. ita Christianæ libertatis ratio non in immoderata quadam, & nullis legibus circumscripta *licentia*; sed in liberali quodam ingenuoque, & ad divinæ mentis regulas exacto, compositoque obsequio est querenda. Ita enim nos liberatos esse per Christum existimemus; ut nihilominus boni ordinis custodes, & servi esse justitiæ, debeamus *Rom. VI*, 18. *i. Cor. XIV*, 40. *Gal. V.* 13. nisi primos homines nescio qua tyrannide oppressos ac miseros, contra vero efferratos & barbaros homines omnium liberrimos ac beatissimos dicere velimus. Neque etiam hoc pacto *naturæ vis* infertur, aut *lumen illius minuitur*. Dum enim extra fallendi periculum ponitur, & ad limites ab ipso Auctore positos revocatur, perficitur potius & augetur, quam supprimitur & obscuratur. Et sicut per latam de vitanda scortatione legem homo non jure contrahendi matrimonii privat, sed a fœdis libidinibus retrahitur; ita per assertam vocandi necessitatem non Christianis *jugum* imponitur, sed vera *Libertas* defenditur & confusio evitatur.

§. V. A Lege naturæ ad scriptam transit, docetque hanc  
jubere, ut Deum ex totis viribus & vita ac religionis socium, ceu  
nosmet ipsos amemus. Quod cum per publicam in Ecclesia do-  
ctrinam cumprimis se exerat, palam esse, quod ad eam peculiaris

*quædam vocatio expectari non debeat, cum generale illud, de exercenda charitate, præceptum possit sufficere.*

Resp. Generale Præceptum non nisi generalia officia potest præscribere. Satis itaque fuerit vi hujus religionem confiteri, laudare, defendere, domesticis & familiaribus privatim instillare, & alio quocunque modo provehere: publice vero docere & administrare Sacra menta, uti sunt specialia, sic communii illo Charitatis præcepto extra casum necessitatis, minime continentur. Alioqui & feminis demandandæ hæ partes forrent, quæ non minus, quam viri, ad exercendam charitatem sunt obligatae: Quod tamen semel atque iterum fieri vetat Apostolus 1. Cor. XIV, 34. 1. Tim. II, 11. 12. Possent etiam sub eodem Charitatis prætextu, omnes, qui se ad regendam rem publicam idoneos esse crederent, invadere illam, & Magistratus sibi personam sumere. Quod uti nemo, nisi Anabaptisticis furoribus occupatus, licere dixerit; sic generale illud, salvo speciali præcepto, salvo item Ordine divinitus constituto, est intelligendum. Præsertim cum plures sint exercendæ charitatis occasiones & modi, nec opus sit illum e multis eligere, qui citra Ordinis divini perturbationem, & ipsius charitatis jacturam usurpari non potest. Auctor ipse Commune charitatis præceptum non nisi sub respectu ad aptitudinem & dexteritatem vult observari; Cur non igitur etiam sub respectu ad Ordinem divinitus constitutum? Neque enim tantum quid fiat, sed & quo consilio, ordine, modoque fiat, videndum est. Secus qui fecerit, non maiorem a Deo inhibit gratiam, quam miles injussu Imperatoris pugnans, utcunque rem strenue ac feliciter gesserit.

§. VI. Attamen IV. objicit; *Moses in votis habuit, ut omnis Dei populus vaticinaretur Num. XI, 29.* Quod, nisi publice, fieri non potuit. Nec tamen requisivit vocationem, ut quam in universum populum cadere non posse intelligebat: sed sufficere gratiam spiritus S. collatam credidit. Cur ergo præter hanc nostro tempore Vocationem urgemus?

R. Quod prophetare h. l. idem sit, quod publice docere, vel interpretari scripturas, nondum, opinor, confectum est. Neque

que etiam id muneris ad LXX. Seniores spectasse, ullibi legitur in Scripturis. Quinimo absurdum fuerat vovere, ut omnis doceret publice populus: cum Moses probe nosset, non omnes vel debere vel esse posse doctores. *1. Cor XII, 29.* Rectius e Pontificiis Bonfrerius ad h. l. f. 775. Crediderim, inquit, eos & divinas laudes cecimisse, & abdita quedam enuntiassse, ita ut tum ipso orationis modo, tum exteriore habitu satis appareret, ipsos divino quodam spiritu agi, quemadmodum & de Saule legimus *1. Reg. X, 10. 19.* Eandem in sententiam accipit vocem e Reformatis Ravanellus in Bibl. cui prophetare est, de rebus arcanais & sublimibus magnifice differere. E Nostris autem B. Walth. in Harm. f. 707. vox, ait, prophetare est Paulo idem, ac scripturas & lingvas interpretari aut Doctorem esse: Moysi vero est, sapienter & pie de Deo loqui. *Joel. II, 28.* Ad quod cum omnes homines promiscue sint obligati, nil opus esse Vocatione Speciali facile concedimus. Quod si vel maxime largiremur, prophetare h. l. idem esse, quod publice docere, explicare & applicare scripturas, num quis Vocationem affuisse negaverit? Cur enim dona illa excellentissima & longe maxima extra ordinem fuerant collata, quam in testimonium, quod vocarentur divinitus, ut loquitur Ravanellus: Ne quid addam de eo, quod nomina illorum Dei jussu scripta & in tabulis consignata fuerunt. Quæ sane de Vocatione etiam speciali, si non ad ministerium in Ecclesia, tamen ad Magistratum in Republica gerendum, facile testantur.

§. VII. Porro ex Deut. XVIII, 20. docet, nonnullis olim permisum fuisse publice docere, quorum de Vocatione nihil constiterit. Humanam enim certo defuisse: divinam jactatam quidem ab iis, nec tamen ante vaticinii complementum, demonstratam fuisse.

Resp. Atqui ex hoc ipso loco discere possumus, Prophetas, veri falsive fuerint, in nomine Domini docuisse, & quandam Numinis vocationem jactasse. Quo ipso hujus necessitatibus indubie agnoverunt. Quid enim alioqui opus erat, auctoritatem iussumque Numinis præ te ferre? Cumque h. l. dubitationem & sollicitudinem hominum de veritate vocationis

23 <sup>a</sup>	37
23.	39.
22 <sup>c</sup>	36.
22 <sup>b</sup>	35.
22 <sup>a</sup>	41.
22.	34.
22.	42.
22.	4.
21.	8.
21.	4.
21.	1.
21.	10.
18.	18.
17.	47.
11.	31.
12.	49.
14.	49.
13.	51.

jactatæ non modo non improbet Deus, sed & rationem ejus investigandæ ac perquirendæ præscribat, denuo necessitatem vocationis egregie confirmavit. Instat: Veruntamen audiendi fuerunt Prophetæ antequam de Vocatione constaret, idque vi juris communis, quo tenebantur iis omnibus publice docendi facere potestatem, quos probabile erat, aliqua ad utilitatem Ecclesie collaturos. Resp. Audiebantur Prophetæ, non quia juris communis erat, neminem doctrina publica prohibere, sed quia generali Vocationem, velut Ecclesiæ membra, reapse habebant: specialem vero eandemque immediatam, jactabant. Ea de causa, nisi quid traditæ, receptæque doctrinæ manifesto contrarium assenserent, tamdiu docere poterant, donec ex eventu, cuius in nomine loquerentur, constaret. Prout enim hic vel respondebat, vel non respondebat prædictis; ita, quam jactarant, vocatione vel adesse, vel non adesse concludebatur. Quæ ipsa quam ad evincendam vocandi necessitatem mirifice faciant, nemini non æquo judici facile apparebit.

§. VIII. Obvertit VI.) apud Ebraeos neque Sacerdotes, neque Levitas, neque Prophetas, nec alios denique ab hominibus vocatos docuisse in scholis, sed qui optime intellexerint Scripturas, eaque de causa Legis periti sint appellati. Etenim Prophetas extra ordinem missos a Deo, nulli vel loco, vel tempori alligatos, pauciores etiam numero, quam pro scholarum multitudine fuisse. Sacerdotes vero & Levitas 1.) tria tantum munia obiisse, cultus nimirum Levitici administrationem: causarum qualiumcunque ex lege disputationem: denique divini nominis celebrationem. Tum vero 2.) eos non per omnes omnium tribuum civitates, dispersos; sed certis iisque numero paucis, urbibus affixos singulis in scholis eo labore defungi non potuisse. Nullibi etiam 3.) in scripturis legi, quod munus publice docendi ad eos pertinuerit. Postremo 4.) Christum Levitas & Sacerdotes nullibi ob corruptelas Doctrinæ, sed Legisperitos reprehendisse. Neque etiam alios ab Iudeis vocatos publice docuisse in scholis, cum id taceat scriptura, que Archisynagogos quidem, & Inspectores schole, non tamen auctoritate publica constitutos, eosque ordinarios Doctores alleget ac celebret.

bret. Unde adeo infert cuivis sacrarum literarum gnaro, cuiusmodi Legisperitos Scriptura nominet, potestatem publice docendi fuisse.

Ac Prophetas quidem ordinario docendi munere functiones non esse facile assentimur, quos minime ignoramus non tam vetera tradidisse, quam nova & incognita revelasse. *Levit.* vero & *Sacerdotes* non modo ministrasse in templo, & causas dijudicasse ex Lege, nomenque Dei laudasse, quod adversarius fatetur, sed & ordinarie explicuisse legem, & populum docuisse, certius est, quam ut salvo Scripturæ, & Antiquitatis testimonio vocari posit in dubium. Idque probamus i.) ex Instituto divino & ordinatione. Quid enim clarius dictis *Levit.* X. vers. ii. Dixit Dominus ad Aaronem: *Vinum & siceram non bibetis, Tu, & filii Tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonii, ne morianimi, quia NB. præceptum sempiternum est in generatione vestra, & ut habeatis scientiam discernendi, inter sanctum & profanum, inter pollutum & mundum: doceatisque filios Israel omnia legitima mea, que locutus est Dominus ad eos per manum Moses.* Et *Ezech.* XLIV. 23. *Sacerdotes & Levitæ, filii Zadock, populum meum docebunt, quid sit inter sanctum & pollutum, & inter immundum, & mundum ostendent eis: Et cum fuerit controversia, stabunt ad judicandum Leges meas, & præcepta mea custodient in omnibus solennitatibus.* *Malachie II. v. 7.* *Labia Sacerdotis custodiant scientiam, & legem requirant ex ore ejus: quia angelus Domini exercituum est.* Quæ verba de sola iudicandi & controversias, de ceremoniis, decidendi potestate, exclusa doctrina publica, explicat adversarius, sed perperam. Utramque enim *Levit.* & *Sacerdotibus* initio, postmodum vero *Pharisæis, & Scribis* convenisse, ex eo, quod super *Cathedra Moses* sedere dicuntur, eleganter ostendit *B. Glassius Philol. S. L. V. Tr. I. p 1093.* Obstat etiam titulus *legatorum Dei*, qui hominibus in Scriptura ob voluntatis divinæ annunciationem præcipue tribuitur z. *Cor. V. 21.* Unde *D. Andr. Ostanider* in *Biblius* ad hæc verba sic commentatur: *Hoc est officium Sacerdotum, ut veram Dei, & voluntatis ejus agnitionem habeant, aliasque doceant:*

Et

23 <sup>a</sup>	37
23.	39.
22 <sup>c</sup>	36.
22 <sup>b</sup>	35.
22 <sup>a</sup>	34.
22.	40.
21.	41.
20.	42.
19.	43.
18.	44.
17.	45.
16.	46.
15.	47.
14.	48.
13.	49.
12.	50.
11.	51.
10.	52.
9.	53.
8.	54.
7.	55.
6.	56.
5.	57.
4.	58.
3.	59.
2.	60.
1.	61.

Et vult Deus, ut populus verbum Dei incorruptum ex ipsis audiat: quia sunt Legati omnipotentis Dei. Chemnitius autem ex ha-  
cenus citatis locis colligit: Partem Ministerii Sacerdotum frusse  
docere, & de lege Dei respondere T. L. Harm. f. 110. Quod quidem  
eo usque verum est, ut etiam vitio vertatur sacerdotibus mer-  
cede docuisse, perinde ut Prophetis pretio divinasse Miche III, 11.  
Urgemus II.) praxin, & perpetuam instituti divini, inde a Mosis  
temporibus, observationem. Josaphatus enim anno tertio, ex  
quo regnare coepit, misit ad docendum per civitates Iuda idoneos  
homines, Levitas & Sacerdotes, qui docuerunt in Iuda habentes  
secum librum Legis Iehovah, & obierunt omnes civitates Iude, do-  
centes populum. 2. Chron. XVII, 7. seq. Sic Cap. XXXI, 4. Ezechias  
praecepit populo habitantium Hierosolymis, ut darent partes Sacer-  
dotibus & Levitis, ut possent vacare Legi Domini: h. e. ut ad mar-  
ginem interpretatur Lutherus: Daß sie nicht aus Mangel der  
Nahrung müsten die Bücher lassen/ beyde zu studieren und NB.  
zu lehren. Unde & de iisdem Levitis dicitur, quod eradicie-  
rint omnem Israel, & sancti fuerint Domino cap. XXXV, 3. Atque  
hoc quidem institutum ne quidem a captivitatis Babylonicae  
temporibus neglectum fuisse, exemplo Esrae Sacerdotis confici-  
tur, qui erat scriba verborum Legis Domini, & statutorum ejus su-  
per Israel, parabatque cor suum, ut investigaret Legem Domini, &  
faceret, & doceret in Israel preceptum & judicium Nehem. V. L.  
versc. 6. 10. Addimus III.) rationes. Enimvero quicquid  
Patriarchis circa sacerorum dispensationem & administratio-  
nem competiit, illud ad tribum Leviticam, & in primis ad fa-  
miliam Aaronis, transiit. Atqui publice docere & admini-  
strare sacramenta Patriarchis competiit Genes. IV. v. 26. VI. 3.  
coll. 2. Pet. II, 5. Gen. XIII, 4. 18. XVII, 23. XXVII, 25. XXXIII, 20.  
XLVI, 1. E. Quod argumentum Dorschei est, quo circumci-  
sionem ordinarie a Sacerdotibus in V. T. peractam fuisse con-  
tra R. Montacut. Orig. Eccl. P. 1. num. 79. p. 81. ostendit, Dissert. XI.  
in Exod. cap. IV. §. 26. p. 282. Nulla etiam sufficiens, & idonea  
ratio appetet, cur vulgo permitti debuerit haec sacratissima  
actio

actio, quæ tanta sollicitudine & cura a Patriarchis fuerat celebrata. Quod patet ex locis allegatis.

Provocamus IV.) ad Antiquitatis consensum. *Philo* enim apud *Euseb. de Præparat. Evang. L. VIII*, 7. cum de fæcito per Mosen singulis sabbatis, ad legem audiendam, conventu exposuisset: καὶ δῆτα, inquit, συνέχονται μὲν αἱ, καὶ συνεδρέουσαι μετ' ἀλλήλων οἱ μὲν ποιῶντες σιωπὴν, πλὴν εἴ τι προσεπιφημίσαντοις ἀναγνωσκομένοις νομίζεται. Τῶν ιερέων δὲ τις ὁ παρεὼν, οὐ τῶν γερόντων εἴς ἀναγνώσκει τις ιεράς νόμους αὐτοῖς, καὶ καθ' ἐκαπονέξηται μέχει χερὸν δείλης ὄψιας. Καὶ τῷδε ἀπολύονται, τῶν δὲ νόμων τῶν ιερῶν εὑπερέως ἔχοντες, καὶ πολὺ δὲ πρὸς ἐνσέβειαν ἐπιδεδωκότες. *Ezacerdotibus vel senioribus aliquis sacras Leges palam recitans*, omnes sigillatim exponit, donec alta jam vespera discedunt universi &c. Ut adeo nec S. literarum, nec piæ antiquitatis gnarum esse oporteat Merckerum, qui tanta cum audacia negat, *Sacerdotibus & Levitis ordinarium, publicumque docendi munus in populo Israelitico fuisse concreditum*. Sed & illud multo falsissimum est, præter *Sacerdotes & Levitas*, proximis imprimis, ante Christi adventum, temporibus nullos fuisse ab Judæis legitime vocatos, qui *ordinarie* exponerent legem, populumque docerent. Quis enim non meminerit *Scribarum* in populo Israelitico, qui alias *Nouobidáσηλοι* appellantur, quorum has fuisse partes ex Scripturis & Antiquitate facili poterit demonstrari negotio? Nonnulli horum initia, ut *Hottingerus* testatur, vel ab ipsa *Legis promulgatione* arcessunt, qua tradita, *Scribis* fuerit opus, eandem & describentibus, & prælegentibus, & explicantibus. Alii ad Davidis tempora referunt cum *Dorscheo*, qui l. c. p. 285. scribit: *David Rex constituit i. Chron. XXIII, 3.* שְׂרֵרוֹת וְשִׁפְטִים Scribas & Judices, ut reddit Vulgatus: *Praefectos & Judices*, ut Arias; *Moderatores & Judices*, ut Tremellius, sexies mille. *Grecus Interpres γραμματεῖς, οὐκ ἡρίτας, quorum officium γραμματέων, οὐδὲ διανοίων vocat.* Γραμματεῖς itaque circa sacrorum curam, consilia Salutis, dubia fidei, negotia sacramentorum, versati videri possunt. Et mox: *Qui mos obtinuit bene constituta Ecclesia. Eumque revocavit finita Babylonica captivitate Ezra.* Hec

C

Dor-

23 <sup>a</sup>	37
23.	39.
22 <sup>a</sup>	36.
22.	35.
22.	41.
22.	34.
22.	4.
22.	42.
22.	8.
22.	4.
21.	10.
21.	18.
21.	17.
21.	41.
21.	4.
21.	31.
21.	40.
21.	49.
21.	5.
21.	31.
21.	1.

Dorscheus. Alii ad *Josaphatum* descendunt, qui Sacerdotes & Levitas ad docendum populum misisse dicitur 2. *Chronic.* *XVII.* Alii ab *Efra* hujus instituti originem arcessunt, cum *Chemnitio* nostro, qui *T. I. Harm. f. 110.* arbitratur, post captivitatem *Babylonicam*, cum sacerdotes, occupata politica gubernatione officium suum in tradenda religione non facerent, illam ministerii partem Scribis commendatam fuisse. Cui sententiae Hottingerus subscribit in *Theb. Phil. L. I. Seſt. 1. n. 2. p. 75.* Alii *Hieronymum* secuti, scribarum autores *Hillelem*, & *Schammai* jactant, eodem Hottingero teste. Utcunque istud se habeat, id certum est ἐν γενεῶν ἀρχαῖσιν, ab antiquis temporibus fuisse, qui Mosen in Scholis praelegerent, & interpretarentur *Act. XV, 21.* Nec minus id exploratum habemus, Scribarum, non ſectæ, sed munericis, fuisse nomen, ſecus ac *Baronio* & *Elmacino* perſuasum est, contra quos vid. *Casaub. Exerc. p. 52. Drusius de tribus Seſt. p. 49.* in primis *Frid. Spanhemius P. III. Dub. Evangel. p. 404. & Jo. Camero O.O. p. 117.* Quod tamen angustis adeo limitibus circumſcribi non debet, ut cum *Jo. Rainoldo c. Hartum c. VII. f. 175.* Jus tantummodo *Sacrum*, ad instar *Canonistarum apud Pontificios*, docuisse existinemus. Multo enim id latius patuiffe, vel ex eo colligere nobis liceat, quod, procul temperamento, *Nouοδιδάσκαλοι* appellantur, & præterea *Vetus & Novum*, uberrimasque adeo & copiosissimas doctrinas ē penū ſua proferre ab ipſo Servatore, *Matth. XIII. v. 52.* dicuntur. Rectius Hottingerus *l. c. Sophrim* erant Professores, & Doctores publici, quorum erat Scripturas meditari, exponere, vindicare a corruptelis, illas prælegere in templis, & in Synagogis, & interpretationem obscurorum, ubi opus, adjicere, populum instituere, dubia ex Mose & Prophetis objecta solvere, perplexas quæſiones emendare. Verbo: Officium Scriba pasim per Urbes in Synagogis expeditum dabant docendo, & diri- gēndo ſacra, que templo Hierosolymitano non eſſent alligata, ut loquitur Dorscheus noster *l. c. p. 265.*

Hi omnes vero Sacerdotes, Levitæ, Scribæ, non uno altero loco, sed per totam qua patet, Palæstinam diffusi in Synagogis, quas numero plurimas habebant Judæi,

ordi-

ordinarie publiceque docebant. Secus ac Auctori persvasum est, qui vel ea de causa hoc munere fungi non potuisse putat, quia certis locis affixi, minime vero hinc inde vagati fuerint. Quo eodem metu *Richardus Montacurius* laboravit, ob eumque Circumcisionem a Sacerdotibus & Levitis semper administrari potuisse negavit l. c. Neque vero nos diffitemur ingentem Scholarum per Palæstinam fuisse numerum, siquidem Galilæarum meminit *Matthæus c. IV, 23. 24. Lucas c. IV, 14. seqq.* *XIII, 10. u.* nec non in *Actibus c. IX, 2. XIII, 14. XIV, 1. XVII, 1. XVIII, 4. XIX, 8.* Prosevchas Romanas *Philo in Legat. ad Ca-jum laudat.* Idem *Lib. III. de Vita Mosis in med. f. m. 685.* destinata oppidatim (*τὰ πατὰ πόλεις προσευκήσια*) sacris prectionibus loca commemorat. *Josephus autem contra Appionem L. II.* in med. fol. m. 1072. *Legislator*, ait, *non semel suos legem audire voluit, sed in unaquaque hebdomade alia opera relinquentes ad legem audiendam congregari, eamque perfecte discere.* Interim his omnibus *Levitæ, Sacerdotes, Scribas, & præfuisse, & præesse* potuisse, non est, cur dubitemus.

Etenim XXIV. Classes Sacerdotum fuisse: quarum singulae plus, quam 5000. hominum habuerint, ex *Josepho contra Appionem* addiscimus. Atque hi quidem, de unius Aaronis familia oriundi fuerunt. Quantum vero totius tribus Leviticæ populum fuisse existimamus, quem minimum decuplo majorem fuisse oportuit? Ex quo *D. Dorscheus* infert: *In tanta multitudine hominum, plus quam 120000. quid facilius fuit, quam distributiones ejusmodi missionesque facere, in oppida & urbes, per quas religio universa conservaretur, casus conscientie evolverentur, judicia extemporanea fierent, sacra curarentur, moribundi etiam certis erigerentur solatiis. Quis illam rem publicam θέσταχτον hisce necessariis adminiculis caruisse asseverabit?* *Quis credat,* cum tanta multitudo sacrificiis & officiis templi destinata fuerit, ceteris per regnum *Israhel* curandis neminem affuisse? Nec officit huic sententiæ, quod *Abimelech* cum LXXX. sacerdotibus Nob urbem inhabitasse, i. *Sam. XXII, 11.* Levitis quoque certa suburia assignata in Scripturis leguntur. Meminisse enim de-

C 2 bebat

23 <sup>a</sup>	37
23	39
22 <sup>c</sup>	36
22 <sup>b</sup>	35
22	41
22 <sup>a</sup>	34
22	42
21	4
21 <sup>a</sup>	8
21	4
20	10
19	18
18	46
17	4
16	31
15	40
14	49
13	51
12	31
11	48

bebat adversarius, Tabernaculum t. t. in Kiriathjearim 1. Sam. VII, 2. in hujusque *suburbis* Nob fuisse, ut B. Schmidius in *Comment.* p. 720. suspicatur: Ahimelechum vero, summo sacerdotio functum, necessitate quadam, ob multitudinem negotiorum universam secum familiam habuisse. Unde adeo inferre non licet reliquos nunquam obiisse provincias, vel urbes, docendi causa. Id enim neque a Prophetarum, Sacerdotum & Levitarum personis, neque etiam Ebræorum institutis alienum fuisse Samuelis 1. Sam. VI, 16. Eliæ 1. Reg. II, 1. 2. 4. Sacerdotum & Levitarum 2. Chron. XVII, 9. c. XXIII, 2. Matathiae 1. Macc. II, 45. denique ipsius Jesu Servatoris exemplum Act. X, 38. facile ostendunt.

*Levitatis* speciatim per universam Palæstinam dispersos fuisse Jacobi vaticinium probat Gen. XLIX, 7. dividam eos in Jacob & dispergam eos in Israel. Nec inepte ex Deut. XXXIII, 10. Rainoldus c. VII. c. Hartum p. 183. infert: per universum Israelem dispersos fuisse Levitas, ut universam Ecclesiam instituerent. Idem de Scribis Hottingerus probat ex Matth. XV. v. 1. & Marc. III, 22. in Thes. pag. 76. Sed plane rem conficit illustrissimum Jacobi Act. XV, 21. testimonium: *Moses*, inquit, ab antiquis temporibus habet in singulis urbibus, qui ipsum predicent in Synagogis, ubi per omne Sabbathum legitur. Hoc ipsum enim non modo, vetustatem instituti, una cum ejus, omnibus in locis, observatione ostendit; sed & Mosen antiquitus cum in scholis prælectum, tum publice explicatum fuisse docet, adeoque nisi de Scribis, & ordinariis Legis divinæ interpretibus intelligi nequit. Ut enim Apostoli Christum predicabant, quatenus omnem a Christo promulgatam doctrinam copiosius explicabant: ita h. l. Moses dicitur predicari, quatenus a Doctoribus universa ejus doctrina ore tenus tradebatur, & ad posteros transmittebatur.

Ceterum his ita disputatis facile apparebit, cur Christus nullibi Sacerdotes & Levitas, sed Scribas & Pharisæos ob invectas in doctrinam corruptelas notaverit. Alii enim molestis docendi partibus se subduxerant: quod supra notavimus.

vimus. Alii, & hi plerique, ornabant quidem has partes, si-  
quidem & tempore Christi ad explorandum Johannis Baptis-  
tæ animum ab Hierosolymitanis sunt misi Job. I, 19. & rogati de  
nato Servatore sententias dixerunt Matib. II v. 6. Interim, quia  
Pharisei erant, qua Sectam: Scribæ, quæ officium, utut ratio-  
ne familie & tribus nunc Sacerdotes, nunc Levitæ essent, com-  
muni tamen Pharisaorum, & Scribarum nomine comprehen-  
debantur. Nominatis itaque & reprehensis Scribis & Phariseis,  
Sacerdotes & Levitæ una reprehensi a Servatore & nominati  
fuerunt. Quam absurde vero Auctor existimet Scribarum & Le-  
gis peritorum nomine quosvis ad docendum idoneos in Ebræo-  
rum gente venisse, inferius exponetur.

§. IX. Urget VII.) illud Matth. XXIII, 2. In cathedra Mosis sedent  
Scribæ & Pharisei: omnia ergo, quecumque jusserint, facite. Quem  
ad locum observat: In Cathedra Mosis sedere, idem esse, quod pu-  
blico docendi officio fungi, & legem interpretari. Id vero non fe-  
cisse Sacerdotes & Levitas, sed Scribas & Phariseos, ab utrisque di-  
versos, & quidem citra Vocationem humanam. Ex quo denuo in-  
fert, nullam esse hujus in Ecclesia necessitatem, idque argumento non  
uno conatur evincere.

Respondet I.) Formulam, sedere in cathedra Mosis ita  
significare publicum docendi officium, ut connonet successio-  
nem, & vocationem legitimam. Quo jure enim Moses docuit,  
eodem & illi, qui ejus Cathedræ infederunt, eique successerunt  
in munere. Ille vero docuit jure vocationis, divinitus acce-  
ptæ. Ergo & Pharisei & scribæ, qui cathedræ ejus insidebant.  
Quo pacto simul patet, nihil esse, qua vim obligandi, inter im-  
mediatam & mediata vocationem discriminis. Etsi enim Mo-  
ses ab ipso Deo: Scribæ & Pharisei ab hominibus erant collocati  
in cathedram: hos tamen non minus audire jubet Dominus,  
quam illum. Observamus 2.) Scribas & Phariseos minime  
Sacerdotibus perpetuo oportere opponi. Idem enim Esdra  
Sacerdos fuit & Scriba Nehem. VIII, 2. 4. Idem fuerunt & Pha-  
risei & Scribæ Matth. XXIII, 2. Idem & Pharisei & Sacerdo-  
tes Matth. II, 6. c. XXVII, 2. Quando igitur h. l. Pharisei & Scri-

23 <sup>a</sup>	37
23.	39.
22 <sup>a</sup>	36.
22.	35.
22.	41.
22.	34.
22.	42.
22.	4.
21.	8.
21.	4.
21.	1.
20.	19.
18.	46.
17.	4.
11.	31.
12.	49.
14.	51.
13.	31.

bæ super Cathedra Mosis sedere dicuntur : Sacerdotes & Levitæ adeo excludendi non sunt, ut etiam vel præcipue sint intelligendi. 3.) Citra vocationem vero docuisse Pharisæos & Scribas, falsum est, nulloque prorsus argumento idoneo demonstrandum. Primo enim a.) hujusmodi vocatio, quicquid etiam contradixerit Adversarius, in populo Israelitico vel maxime fuit recepta. Vocatus enim fuerat Aaron *Ebr. V, 7.* & in persona ejus quotquot ab eo fuerant descensuri. *Conf. Lev. VI. v. 18. c. VII, 36. XXII, 3. Num. X, 8. XVIII, 8. II. 19.* Vocati sunt *Levitæ* tempore Mosis, cum omnibus subsecuturis posteris, *Genes. XLIX, 7. Num. III, 12. & XIIIX, 23.* Vocati sunt *Scribæ & Pharisæi*, quod supra ex ipsa Phrasí : *sedere super cathedra Mosis*, ostendimus. Porro b.) Vocationem hujusmodi in omnes promiscue *Legisperitos* cadere non potuisse, quod contendit Adversarius, facile damus : Cadere tamen potuit in omnes *Legis-Doctores & Scribas*. Tertio c.) intuitu *donorum*, & aptitudinis, non humanæ *Vocationis*, Scribis h. l. tribui potestatem docendi, quod adversarius affirmat, falsum. Dexteritas docendi *supponitur* : sola tamen ad ipsum munus capessendum non sufficit. Scribæ & Pharisæi h. l. non semel ὁδηγοὶ appellantur. Nec aliter de iis, quam de certi ordinis hominibus disputat Servator. Denique vehementer errat fanaticus, quando per *Scribas* seu γραμματεῖς intelligit quoslibet *interpretandis scripturis* idoneos, sententiamque Christi : *Die Schriftgelehrten sitzen auf Mosis Stuhl / vernaculo sermone sic explicat : Wer die Schrift auslegen kan / der hat das Lehr-Amt.* Γραμματεῖς enim seu Scribæ, iidem erant, qui Νομοδιδάσκαλοι : Aliud vero est esse νομοδιδάκτον, aliud νομοδιδάσκαλον. Illud tantum non *omnibus* : hoc *paucis*, iisque legitime vocatis tribuitur. 4.) *Pharisæos omnium sententia fuisse homines, qui munia docendi citra vocationem invaserint*, facilius ab Adversario dicitur, quam probatur. Plerosque & *Sacerdotes & Levitas*, qua sectam, *Pharisæos* fuisse ex Scriptura, juxta & antiquitate constat. Quibus tamen docendi partes inde a priscis temporibus demandatas fuisse supra docuimus. Obstat h. l. formula *sedere in*

*in Cathedra Moysis, quæ non modo successionem, sed & succeden-  
tis legitimam Vocationem importat. Obstat eorundem cum  
Scribis conjunctio, quos ingessisse sepe in munia publica nullo  
scripturæ testimonio poterit comprobari. Imo vero D. Ger-  
hardus noster in L. de Minist. §. 156. p. 260. hæc ipsa Christi verba  
explicaturus dicit: *Pharisæos per Sacerdotalem consecrationem ad  
S. Ministerii functionem evellos fuisse.* E quibus omnibus sole  
meridiano clarius apparet, citra vocationem in populo Israeli-  
tico, publice, & ordinarie, neminem docuisse.*

§. X. Urget VIII.) Servatorem nostrum exantlato rigoroso  
examine e vestigio in patria, & alias, publice docuisse, nec impe-  
ditum in eo, et si ejus de vocatione nondum constiterit, fuisse. Nun-  
quam etiam ob doctrinam publicam, sed ob motam ab eo sedicio-  
nem, questos adversarios: nec Apostolos, quia docuerint; sed quia  
Christi resurrectionem docuerint, castigatos: denique, et si nec sacro-  
rum antisites fuerint, nec de eorum Vocatione gentilibus quicquam  
constiterit, tamen nec Antiochiae, nec Athenis, nec alias, quo minus  
publice docuerint, impeditos fuisse.

Resp. Uti Christum ad publicum ministerium solenniter  
fuisse vocatum ac missum ex *Jes. LXI, 1. Matth. V, 3. c. XVII, 8.*  
*Ebr. V, 5. certum*; sic e contrario *falsum*, de illa civibus ejus nihil  
innotuisse. Sat ampla enim futuræ magnitudinis indicia, puer  
adhuc, dederat Hierosolymis in templo, quo tempore omnes  
qui eum audiebant, stupebant super intelligentia, & responsis  
ejus *Luc. II, 47.* Postmodum profecrat sapientia & atate, &  
gratia apud Deum & homines i.e. magis magisque illa egerat,  
quæ Deo & hominibus placebat, ut explicat *Theophylactus*.  
Accedebat illustre *Jobannis* testimonium, & vox æterni Patris,  
auscultante ingenti hominum multitudine, coelitus delapsa:  
*bunc audite Jo. I, 29. sq. Luc. III, 21. 22. Matth. III, 13.* Neque  
vero Jesus prius docendi, quam *miracula edendi* fecit initium.  
Siquidem diserte in Nuptiis Cananæis aqua in vinum versa di-  
citur manifestasse gloriam suam *Jo. II, u.* Porro Hierosolymis,  
& in Judæa, stupenda signa ediderat *cap. IV, 45.* Reversurus  
quoque in Galilæam, Regii cujusdam filium ex ipsis mortis fau-  
cibus

cibus eripuerat l. c. Speciatim vero Capernaumi non unum ediderat, ante suum in patriam redditum, miraculum, quod ipse testatur *Luc. IV, 25.* Revetebatur igitur *ev. ducāci spiritus, accepta manifesta & publica ostensione in doctrina & miraculis.* Inde quoque, *& ea ratione factum est, quod in Synagogis publice docendi locus ei concessus & tributus fuit, quod turbæ undique ad eum audiendum concurrerent, ut Chemnitius loquitur in Harm. f. 288.* Quid Cives alioqui ejus de eo senserint, parum refert: nec, ubi jam adest vocatio divina, *hominum demum est expectandus consensus.* Alioqui nemo vel Prophetarum, vel Apostolorum docere unquam, vel prodire in publicum potuisset. Sufficit Jesum veritatem vocationis, doctrinæque suæ eo usque probatam dedisse, ut seipsum diceret *Prophetam:* fama quoque de illo totam peragraret Galilæam, & usque ad Nazarenorum aures veniret. Alioqui non dubium est, quin Judæi a Doctoribus publicis vocationem perpetuo requisiverint, siquidem & a *Johanne*, cuius iussu baptismum conferat, *Job. I, 22.* & a Servatore ipso, uno quasi ore ac mente, cuius auctoritate doceat, exponi sibi voluerunt, *Matth. XXI, 23.* Noster solummodo *objectiones a Christo mercatores quesitum fuisse putat: sed perperam.* Siquidem illi biduo ante, *ejecti e templo fuerant, & diserte διδασκοντι* supervenisse Scribæ & Seniores, & illud quæsivisse dicuntur: *qua potestate id faceret, nempe quod publice docebat, sedentibus licet in Cathedra Mosaica Pharisæis & Scribis.* Vid. *Chemnit. Harm. c. CL. fol. 293.* Neque vero Christus hanc ipsam quæstionem ut otiosam, inanem, & supervacuum rejevit; sed tantum, perspectis hostium suorum insidiis, nova quadam de *Johannis Vocatione* quæstione injecta, respondendi periculum commode declinavit. Adversarii tamen brevi post, oblata, quæ eo usque defuerat, accusandi occasione, non modo quod docuisset, sed & quod docendo seditionem concitare voluisset, reum facere studuerunt, quod patet ex *Luc. XXIII.* Quod ad Paulum & Barnabam attinet, certum est, eos fuisse Apostolos, & quod hinc sequitur, legitime vocatos. Negari quoque non potest, ab his, juxta & eorundem collegis, requisitam

tam esse Vocationem *Act. IV, 8. 13. 18. V, 28. &c.* Quod vero in Schola Antiochena invitati ad exhortandum fuerunt, causa fuit, quod non infrequens inter Judæos erat, ut, prælecto tex- tu, quidam e plebe surgeret, eumque breviter explanaret. Hinc *D. Chemnitius T. I. c. XXXIV. f. 288.* Officium, inquit, exhortandi  
 NB. præcipue erat Scribarum, sicut ex Esra colligitur. Et *Luc. X. v. 26.* Christus inquit: Quomodo scriptum est in lege, quomo- do legis? Liberum tamen erat & reliquis, qui donum docendi ha- bebant, & legere & exhortari, certo tamen ordine, sicut manifestum est ex historia *Luce IV, 18. sq. & Act. XIII, 25. & 1. Cor. XIV, 24.* Ex collatione enim horum locorum usus illius consuetudinis colligi pot- est. Quæ ipsa tamen Exercitia Prophetica ordini Ministri- rum non magis nocere possunt, quam quod apud nos vel Ædi- tui integras homilia, vel pueri Catecheseos capita de pulpi- to recitant, vel etiam peritiores e plebe aliquando responden- di de rebus sacris periculum faciunt.

§. XIII. Recipit fese IX.) ad illud *Matth. V, 16. sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant operant vestra bona.* Quem ad locum observat 1.) hec verba, uti coram multitudine sint dicta, sic ad omnes etiam Christianos spectare, quod pateat ex 1. Pet. II, 9. 12. Phil. II, 15. 16. 2.) τὸ lucere h. l. sensu in Scriptura recepto, Jo. I, 5. Jes. IX, 1. 19. notare plenam, liberamque gloriæ Dei amplificationem, seu doctrina fiat, seu vita: Cumque fieri debeat coram omnibus, qui sint in domo, hinc 3.) infert, citra vocationem, omnibus promiscue fidelibus publice docendi potestatem tribui oportere.

Resp. Num hæc verba ad omnes pertineant, nondum confessum est. Loquitur enim Servator, a.) ad discipulos v. i. b.) ad Prophetarum in docendi munere successores v. 12. Unde & c.) *Chemnitius, Hunnius, Er. Schmidius, Jansenius*, & plerique omnes, de solis interpretantur Apostolis, qui lucem Evangelii accendere, hominesque per id convertendo gloriam DEI pro- vehere debeant. Sed esto, præceptum hoc ad omnes Christianos, spectare: Esto etiam τὸ lucere doctrinæ Christianæ propaga- tionem involvere, quod tantopere propugnat Adversarius. Me- D mini

23 <sup>a</sup>	37
23.	39.
22 <sup>c</sup>	36.
22 <sup>b</sup>	35.
22 <sup>a</sup>	34.
22.	33.
22.	32.
22.	31.
22.	30.
22.	29.
22.	28.
22.	27.
22.	26.
22.	25.
22.	24.
22.	23.
22.	22.
22.	21.
22.	20.
22.	19.
22.	18.
22.	17.
22.	16.
22.	15.
22.	14.
22.	13.
22.	12.
22.	11.
22.	10.
22.	9.
22.	8.
22.	7.
22.	6.
22.	5.
22.	4.
22.	3.
22.	2.
22.	1.
22.	0.

mini enim Lutherum ipsum huic patrocinari sententia, quando *T. V. Jen. f. 37.* haec verba sic explicat: St. Matthäus ist hier nicht zu verstehen, von den gemeinen Werken, die ein ieslicher gegen dem andern thun soll aus der Liebe, davon er Matth. XXV. redet; sondern allermeist von den rechten Christi. Werken, als rechtschaffenen Lehren, den Glauben treiben, und darin unterrichten, stärken und erhalten se. Darum ist das allein das gewisseste Werk eines Christen, wenn er Christum so preiset, und predigt, daß die Leute solches lernen, wie sie nichts, und Christus alles ist. Conf. *Gloss. Philol. S. p. 829.* Quid vero exinde detrahetur necessitati vocationis? Apostoli gerunt officium docendi publicum: Eideles privatum, sic tamen ut ad publicum quoque idonei sunt, si NB. vocatio accedit: verba sunt *Seb. Schmidii in Coll. Bibl. P. II. p. 251.* Dicis: lucere notat publicam, plenam, liberamque salutaris doctrine prædicationem, ad quam nihil opus erat Vocatione. Resp. 1.) Non pugnat, fieri quicquam libere, & tamen cum observatione ordinis divinitus instituti. 2.) Potest aliquid patescere coram hominibus; ut tamen non fiat in conventu sacro. 3.) Cum hoc præceptum omnes obligare adversarius contendat, sequeretur neminem officio Christiani hominis satisfacere, nisi publice concionetur. Quod utine ipse quidem adversarius temere affirmaverit; sic h. l. merito monemus, præcepta generalia, salvis specialibus esse intelligenda.

§. XII. Amplius cause sue præsidium querit in c. Matth. XXV, 4. ubi Christus creditis talentis recte uti, & fortiter studioseque lucrari jubet. Quo loco Servatorem liberum publicumque donorum usum, circa vocationem humanam, permisso, hinc probat quia 1.) suis quemque donis lucrari jubeat pro viribus, quod, nisi cuivis idoneo publice docere liceat, fieri non posset: 2.) simul ac Deus bona sua huic illive concesserit, iisdem lucrari fas sit, seu id placet, seu displiceat aliis, seu vocatio affuerit, seu non affuerit.

Resp. 1.) Per Servos h. l. περτως intelliguntur Apostoli, eundemque in docendi partibus successores. Amos. III, 7. Num. XII, 7. Jo. XII, 26. Rom. I, 1. Apoc. I, 1. 1. Cor. III, 5. IV, 1. Per tantum

tenta vero *dona ministrantia*, quibus animas hominum Deo lucifacere debent. *1. Cor. IX, 19. 20. 21. 1. Pet. III, 1.* Hoc ipso autem *Vocatio* legitima adeo non excluditur, ut etiam ipsum *Servorum* nomen eandem involvere videatur. Imo vero diserte h. l. prius vocati, deinceps pecuniis donati introducuntur. Hinc *D. Gerhard. in Harm. fol. 846. b.* ex hac ipsa parabola infert, quod nemo sine vocatione munus docendi aggredi debeat, cum *vocatio & distributio talentorum h. l. conjungantur*, quod tamen impudenter negat fanaticus. 2.) Si vero per *Servos omnes* intelligentur promiscue *Christiani*, quod salva fidei analogia fieri posse concedimus, tunc *talentorum* nomine veniunt *dona non ministrantia*, sed *sancificantia*, quæ sic vocamus, quibus utique, citra peculiarem vocationem, lucrari fas esse, ita ut, fidei, spei, charitatis, aliarumque virtutum majora indies incrementa capere studeamus, minime diffitemur. Quid autem hoc ad impugnandam vocandi necessitatem? Dixeris: *si semper est expetenda vocatio, qui quis acceptis V. talentis totidem alia lucrari poterit?* R. Ostendendum erat, id, nisi publice docendo, praestari a quoquam non posse. Plures sunt modi bene colloquandi accepta, dummodo quis iis recte, & pro eo, ac fieri debet, utatur. Sat amplam in nobis ipsis, amplam in domesticis, amplam in aliis, privatum instituendis, & commonendis, docendi occasionem habemus, si tanta ejus cupiditate flagramus: nec opus est, ut publicum docendi munus, cum ipsius ordinis divini injurya, invadamus. Jubet utique Deus omnes creditis sibi dotibus lucrari, nec tamen cum perturbatione ordinis ab ipso in Ecclesia instituti. Alioqui & feminis fas foret partes docendi publice sumere: Et quisquis donis gubernandi Ecclesiam, & dirigendi sacra instruc*tus* esset, procul vocatione accepta, posset sibi *Episcopatum* rapere, quod tamen fieri licere ipse adversarius inficiatur ac pernegat.

§. XIII. Provocat XI.) ad locum *Job. VII, 38.* Qui credit in me, de illius ventre flumina fluent aquæ vivæ. Ex quo infert, quod, sicut aquæ viva nemine impediente profluant: sic etiam dona Spiritus S. libere se exerceare debeant.

D 2

R. Ita



R. Ita est. Dona Spiritus S. impediri non debent. At vero per vocationem non *impeduntur*, sed potius ad exercitium *provocantur*. Et quemadmodum aquæ fluxus non inhibetur, et si suos intra alveos se continere cogitur; ita nec donorum Spiritus S. exercitium impeditur, et si intra *Divini ordinis limites*, ad quos spectat *vocatio*, coercetur.

§. XIV. Multum quoque præsidii XII. & XIII. ponit in verbis Pauli *i. Cor. XII. 7. 8.* Unicuique datur manifestatio Spiritus, ad id, quod expedit. Nam huic quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii vero sermo scientiæ, secundum eundem Spiritum &c. *Quibus id sibi voluisse putat Apostolum, quod, qui donis sapientiae, & cognitionis, instructus sit, docere alios debeat, utpote ad quod dona illa concessa sint, idque publice & palam, non privatim, quum de hujusmodi usu disputet Paulus, ex quo commodum redundet ad omnes; perinde ut singulorum membrorum ministeria toti inserviant corpori: Neque tamen b. l. requiri vocationem, quum 1.) Paulus contentus sit innuisse, quemlibet per donorum Spiritus S. concessionem ad id obligari: 2.) reliqua χαρίσμata, sine vocatione exerceantur. 3.) Spiritus S. non possit obtainere finem a se in distribuendis donis intentum, ob vocationem humanam carnalibus sepe consiliis maculatam.*

Resp. Etsi quemvis, Spiritus S. donis beatum, ad utenda ea, obstrictum esse demus; illa tamen *obligatio* non potest revertere ordinem, a Deo ipso, in Ecclesiam sapientissime inventum. Qui cum a quolibet publice docturo legitimam vocationem requirat, nefas certe fuerit sine illa docendi partes invadere. Neque etiam dona eo consilio a Deo indulta sunt, ut *omnibus* in Ecclesia promiscue usui esse debeant. Hoc enim ne fieri quidem posse, facile assequuntur, qui cogitant, corpus Ecclesiæ multo diffusum esse latius, quam ut *totum de unius hominis dotibus* posit participare. Quo magis mirum me habet, auctum fuisse adversarium scribere in toto hoc capite XII. ne verculo quidem *vocationis* injici mentionem. Deus enim non modo membra in corpore *v. 18.* sed etiam homines in Ecclesia dicitur NB. *posuisse alios quidem Apostolos, alios Evangelistas, alios Pro-*

Prophetas, alios Doctores & Pastores v. 26. non modo per seipsum, ut Paulum Gal. I, 1. sed & per homines, utpote Timotheum, Titum alios: Quo illa de mediata vocatione exceptio prorsus removeatur. Petimus interim dona *extraordinaria* ab ordinariis distingvi. Ad illa usurpanda nihil opus est vocatione per homines. Nam ut eorum *collatio*, sic, ad collata utenda *vocatio*, sit sine medio. Et uti Deus *extra ordinem* illas dotes *concessit*, sic ut iis *utatur*, *extra ordinem* & immediate *vocavit*. Contra: sicuti dona, in primis ministrantia, hoc tempore mediate & ordinarie conferuntur; sic homines ad eadem applicanda ordinarie ac mediate, per homines nimirum, vocantur. Urget: *sed uti reliqua sine vocatione exerci possunt χαρισματα; ινα & προφητεια.* R. Admittimus, si sit immediate collata. Sin fenus: ob rationes allatas, & ordinem divinitus constitutum, fieri licere negamus. Neque vero periculum est, ne Spiritus S. fine suo in conferendis donis intento excidat. Etsi enim evenitus non respondeat, qua usum *publicum*, respondere tamen potest, qua *privatum*. Imo si vel maxime in solidum eo excideret, tamen quia ejus intentio tota est *ordinata*, hoc ipsum Majestati ejus non magis noceret, quam quod, stante licet *volute* de salvandis hominibus *universali*, plerique illorum damnantur.

§. XIV. Urget XIV. & XV. quod i. Corinth. XIV, 12. 16. Omnes jubentur *edificare Ecclesiam*, & sive *Psalmos habeant*, seu *lingvas*, seu *revelationes*, omnia ad *edificationem* referre: *Uti enim hoc ipsum circa doctrinam publicam fieri posse negat*; *sic ad eandem nullam ab Apostolo requisitam fuisse vocationem existimat.*

R. Etsi jamjam Lutheri ævo, cœlestes, ut dicebantur, *Prophetæ*, superiore autem & Nostro, Elias *Prætorius*, aliquie *Enthusiastæ*, ad hunc sece locum, velut ad commune præsidium, receperunt, nec aliorum quoque Interpretum eadem sit de eodem sententia; tamen, si recte consideretur, nec vocandi necessitatem tollit, nec docendi *Liberianismum* confirmat. Hornbeckius in S. C. L. VI. pag. 553. de *sacro* quodam *interpretandi* scripturas *exercitio*, omnibus in Ecclesia, saecem ad docendum idoneis,

23<sup>a</sup>  
23.  
22<sup>c</sup>  
22.  
22<sup>b</sup>  
22.  
22.  
7.  
41.  
8.  
1.  
10.  
18.  
17.  
11.  
12.  
14.  
13.

communi, & ad Ecclesiæ utilitatem directo accipit. Quod ipsum uti penes Corinthios nihil aliud, illius opinione, fuit, quam *supremus Catecheseos gradus*; ita salvo Ministerii ordine, hujusque speciali vocatione, adhiberi potuisse omnes intelligunt. Nam si vel maxime *χάρισμα*, quoddam extra ordinem accesit, hoc ipsum pro *immediate vocationis testimonio*, non autem *mediatae impedimento* habendum fuit. *Lutherus Noster T. II. Witemb.* p. 246. de ordinariis Ecclesiæ Corinthiacæ Doctoribus ac Ministris ex officio scripturas explicantibus, & applicantibus accipit, ut qui h. l. *Ecclesiæ*, ac *Laicis* clarissime opponantur, & ordinarie debuerint prophetare, & prophetando ædificare Ecclesiam. Audiamus Lutherum ipsum: Es geben wohl etliche für/inquit, S. Paulus habe i. Cor. XIV. einem ieglichen Freyheit gegeben in der Gemeine zu predigen = Aber das ist weit gefehlet = Es lese wer da will das ganze Capitel/ so wird er klarlich finden/ daß S. Paulus daselbst redet von Weissagen/ Lehren und predigen in der Gemeine oder Kirchen/ und nicht der Gemeine zu predigen befiehlet / sondern mit den Predigern/ so in der Gemeine oder Versammlung predigen/ handelt/ sonst müste er den Weibern das Predigen nicht verbieten/ als die auch ein Stück der Christlichen Gemeine sind. Und als sich der Text giebet/ wirds eine solche Weise gewest seyn/ daß in der Kirchen unter dem Volke/ die Propheten/ als die ordentlichen Pfarr-Herren und Prediger/ gesessen sind/ und einer oder zwey/ den Text gesungen oder gelesen/ wie noch bey unsren Zeiten/ auff den hohen Festen/ zwey das Evangelium mit einander pflegen zu singen in etlichen Kirchen. Aluff solchen Text/ den einer unter den Propheten/ an dem es gewest ist/ hat geredet und ausgeleget/ gleichwie die Homilien in der Römischen Kirchen gewest sind. Wenn der ausgeredet/ hat ein ander etwas dazu mögen reden/ bestätigen oder bas verklären/ Gleichwie St. Jacob/ Actor. XV. auff St. Peters Rede auch that/ und bestätigt dieselbe und verkläret sie. Wie auch S. Paulus in den Synagogen thåt/ Act. XIII. = Dass wohl scheinet/ wie das Sizzen gehe allein die beruffene Propheten und Prediger an/ welcher unter denen hatreden sollen/ ist auffgestanden: Oder ist blie-

blieben sitzen / darnach die Sache ist wichtig gewesen. Gleich als wie ein Fürst mit seinen Räthen zu Rath sitzet / oder ein Bürgermeister mit seinen Rathsgenossen, &c. Vielweniger ist zu leiden / daß in einem Geistl. Rath / das ist / ins Predigt-Ampt oder Propheten-Sitz ein frembder Schleicher sich dringe / oder ein Laie unberufen sich des Predigens unterwinde in seiner Pfarr-Kirchen. Es soll den Propheten befohlen seyn und bleiben / die sollen der Lehre warten / und einer immer den andern lehren / und immer einander treulich helfen / also / daß es ehrbarlich und ordentlich zugehe / spricht S. Paulus. Wie kan es aber ehrbarlich und ordentlich zugehen / wo ein ieglicher dem andern ins Ampt greiffet / das ihm nicht befohlen ist / und ein ieglicher Laie in der Kirche auffstehen will und predigen? &c. Summa S. Paulus will den Frevel und Muthwillen nicht leiden / daß einer in ein frembdt Ampt greiffet / sondern ein ieglicher soll auff seinen Befehl und Beruff acht haben / und des warten / damit er eines andern Beruff ungehindert und mit frieden lasse. Sonst mag er klug seyn / lehren / singen / lesen / deuten / da ers recht und füg hat / bis ers gnug und satt habe. Will Gott außer und über solche Ordnung / Aempter und Beruff etwas sonders machen / und einen erwecken über die Propheten / das wird er mit Zeichen und Thaten beweisen / wie er die Eselin ließ reden / und den Propheten Bileam ihren Herrn straffen / wo er das nicht thut / da sollen wir es halten und lassen bleiben bey den alten geordneten Aempts und Befehl. Lehren sie nicht recht / was gehet dich das an? darf festu doch nicht Rechenschafft dafür geben. Darum zeucht auch S. Paulus das Wort / Gemeine / oft an in diesem Capitel / damit er einen gewissen Unterscheid macht der Propheten und des Volks. Die Propheten reden / und die Gemeine höret zu. Denkt also spricht er: Wer aber Weissaget / der bessert die Gemeine. Und abermahl: Erachtet darnach / daß ihr die Gemeine bessert / auf daß ihr volle Gnige habt. Wer sind nun hier die / so die Gemeine bessern sollen? Sind es nicht die Propheten / und (wie er sie nennt) die mit Zungen reden / das ist / den Text lesen oder singen / da die Gemeine zuhört / und die Propheten / die den Text sollen auslegen zur Besserung der Gemeine? Da ist ja klar gnug / daß er hie die

23<sup>a</sup>  
23. 37  
24.  
22<sup>c</sup> 36.  
22<sup>b</sup> 35.  
22<sup>a</sup> 34.  
22. 32.  
7. 31.  
11. 30.  
18. 29.  
17. 28.  
11. 27.  
12. 26.  
14. 25.  
13. 24.  
41. 23.  
49. 22.  
51. 21.

der Gemeine das Hören und Besserung befiehlet/ und nicht die Lehre noch Predigt-Amt. Darnach macht er noch einen klaren Unterscheid / und heisset die Gemeine Layen / und spricht : Wenn du segnest im Geist/ wie soll der so an statt des Layen steht/ Almen sagen/ sintemahl er nicht weis/ was du sagest. Du sagest wohl sein Danck/ aber der ander wird nichts davon gebessert. Da ist aber mahl ein Unterscheid des Predigers und Layen gestellet. Aber was ist noth weiter davon reden / der Text liegt da / und giebt auch die Vernunft / daß in kein frembd Amt zu greiffen sey. Denn also spricht S. Paulus : Die Weissager lassen reden zwey oder drey/ und die andern last richten ic. Solches ist ja nicht anders geredet/ denn von Weissagern/ welcher einer oder zwey sollen reden / und die anderen sollen richten. Was heift hier andere? Solls heissen der Pöbel? Mit nichten/ sondern es soll heissen die andern Propheten oder Weissager/ so in der Kirchen sollen predigen/ und die Gemeine bessern/ die sollen richten und helfsen zusehen/ daß recht prediget werde. Und wo sichs begebe/ daß einer unter den Propheten oder Predigern das beste treffe/ so soll der erste sich weisen lassen und sagen : Ja/ du hast recht/ ich habes nicht so wohl verstanden ic. Hæc coelesti illo ore Lutherus Noster, cuius in sententia etsi cum N. Hunnio in der Warn. p. 197. acquiescere possumus; tamen si cui duriusculum videatur generalem Apostoli admonitionem, & omnia illa quæ h. l. τῶν πνευματιῶν nomine laudantur, utpote Prophetia, Psalmi, revelationes, discretio spiritum, dona Lingvarum, sanationum &c. ad solos Ecclesiæ Ministros restringere, ei per nos liceat, hujusmodi ad Laicos quoque, & homines de plebe extendere, dummodo fateatur χαρισμα, quo usi sunt, προφητίας non minus extraordinariam fuisse, quam dona Lingvarum, sanationum, & alia quibuscum conjungitur i. Cor. XII. v. 9. 10. 28. c. XIV. 4. 5. Nec officit, quod eadem ζηλωσαι, vel summo studio venari jubet Apostolus, cum tamen extraordinaria consequi non sit in potestate nostra. Non enim de acquisitione loquitur Paulus, sed de applicatione & usu. Siquidem operam dare debebant Corinthii, ut non tam lingvarum multarum, a quibus parum; quam prophetæ, a qua plurimum commodi

fit

sit expectandum Ecclesiae, usu & exercitio certarent. Nam qui loquitur lingua seipsum ædificat: at qui prophetat, congregacionem ædificat 1. Cor. XIV, 4. Hinc v. 12. Quandoquidem vos, ait, sectatores estis Spirituum (Ἵηλωταὶ τῶν πνευμάτων) NB ad ædificationem Ecclesiae querite, ut excellatis. Et sicut ipse Paulus, frequenti usu eadem seculabatur v. 18. & 19. sic & Corinthios, non aliter, quam crebro exercitio æmulari volebat. Ceterum quam hæc omnia pro defendendo Libertinismo docendi parum faciant, nemini non appareat. Ut enim χαρίσμata extraordinaria sunt testimonium immediate vocationis, & eo fine conferuntur a Deo, ut communicentur cum aliis; sic usus earum legitimus impediri potest a nemine, & si talibus beatos se esse Enthusiaſtæ ac Libertini ostenderint, nos quidem quo minus iis, etiam citra vocationem ab hominibus, ad ædificationem Ecclesiae utantur, fruantur, non repugnabimus. Quoad tamen illud idoneis rationibus demonstrare non poterunt, dent veniam, si ante vocationem legitimam ad publice docendum non admittantur.

§. XV. Porro sua pro sententia argumentum petit ex 1. Thessal. V, 19. 20. 21. Spiritum ne extingvatis. Prophetias ne aspernemini. Omnia probate, quod bonum est, retinet. E qui-  
bus patere Dicit, prophetias donum impediendum non esse, et si in ea non omnia sint pura, sed talia, que aliqua exploratione indi-  
geant.

R. Nonnulli cum Chrysostomo & Theophylacto h. l. per Spiritum non extingendum, intelligunt, gratiam Spiritus s. & lu-  
men mentium internum, per eandem accensum, quod extin-  
gvere h. l. vetet Apostolus, per peccata mortalia, & regnantia.  
Interim, quia hi ipsi non inficiantur, per Spiritum dona lin-  
gvavarum, aliaque id genus χαρίσμata posse intelligi, nec nos  
repugnamus magnopere. Ex hoc ipso tamen non sequitur,  
nil opus esse vocatione, ad docendi partes in Ecclesia publice  
obeundas. Prophetias enim immediatæ donum, si quod ex-  
pectandum esset hoc tempore, minime oportere contemni,  
vel impediri, nos facile concedimus. Ut autem superesse

E huius-

23 <sup>a</sup>	37
23.	37
	39.
22 <sup>c</sup>	36.
	35.
22 <sup>b</sup>	35.
	41.
22 <sup>d</sup>	34.
	42.
22	32.
	43.
21	31.
	44.
20	30.
	45.
19	29.
	46.
18	28.
	47.
17	27.
	48.
16	26.
	49.
15	25.
	50.
14	24.
	51.
13	23.
	52.
12	22.
	53.
11	21.
	54.
10	20.
	55.
9	19.
	56.
8	18.
	57.
7	17.
	58.
6	16.
	59.
5	15.
	60.
4	14.
	61.
3	13.
	62.
2	12.
	63.
1	11.
	64.
	65.

hujusmodi merito inficiamur; sic illud inhiberi reprimique a nobis, non est quod clamet fanaticus.

§. XVI. *Ast Ephesii promiscue jubentur esse pedibus calceati, ceu parati ad Evangelium prædicandum c. VI, 12.*

R. Nulla nos urget necessitas, ut ea de promptitudine ad prædicandum interpretemur, quæ de promptitudine ad languardum, & confitendum possunt intelligi: et si prior illa, si quis vocetur legitime, minime excludatur. Hinc Petrus hanc ipsam ἐτομασίαν τῇ ἐναγγελίᾳ sic explicat: Parati estote ad respondendum cuivis petenti rationem ejus, quæ in vobis est, spei. Zanchius autem T. VI. O.O. f. 259. Metaphora, inquit, talis est: Qui ad bellum accedunt, bonos calceos, & ocreas induunt, illisque mununt & pedes & tibias, ut sint promptiores ad pugnam: Sic Christianus miles debet animi sui pedes, his spiritualibus calceis, munire, nempe promptitudine ubique locorum confitendi, atque etiam, si vocetur a Deo, prædicandi omnibus Evangelium pacis.

§. XVII. Omnes tamen de jure debebamus esse Magistri Ebr. V, 12.

R. Debemus etiamnum: sed ratione habitus, & solidæ rerum sacrarum cognitionis, non actualis exercitiū, & ordinariæ institutionis. Magistri enim h. l. dicuntur qui sint τέλειοι, perfecti, adulti, qui non sint pueri sensibus 1. Cor. XIV, 30. sed evaserint in viros εἰς μέτρον ἡλικίας τῇ πληρώματῷ τῇ χριστῷ Ephes. IV. v. 13. habeantque adeo NB. διὸ τὴν ἔχων, per habitum, sensus exercitatos ad discretionem boni & mali Ebr. V. ult. Quæ omnia in homine Christiano adesse possunt, et si doctrina, & institutio publica non accedant. Et vero si totum corpus oculus, ubi auditus? si totus auditus, ubi olfactus? Num omnes Prophetæ, num omnes Doctores? 1. Corinth. XII, 17. 29. Imo nolite multi Magistri fieri. In multis labimur omnes. Iac. III, 2.

§. XVIII. At vero prohibemur deserere congregationem nostrī ipsorum, sed potius omnes invicem adhortari Ebr. X, 25.

R. Vox παραναλέων natura sua est generalis, & qualem cunque monendi & adhortandi modum involvit. Bene autem ad h. l. observat Seb. Schmidius, cum verbo παραναλέων non

non modo τὸ ἀλλήλες, sed etiam εἰς τὸ ἐπισυνάγεσθαι, aut simile quid repeti oportere, sic ut Apostolus velit alterum ab altero commoneri, & excitari ut simul conveniat ad congregationem. Ab excitatione vero ad congregationem frequentandam, ad admonitionem publicam & solemnem in ipsa congregatione nulla est consecratio.

§ XIX. Atqui, ait, Matth. XIIIX. non pauci, sed omnes, corripere fratrem: & 1. Cor. XI, 26. omnes annuntiare mortem Domini: denique suis quisque dotibus alteri inservire 1. Petr. IV. v. 19. jubentur.

R. Potestas corripiendi tribuitur omnibus, quae tamen est exercenda per paucos. A correptione etiam singulorum privata, ad institutionem omnium publicam, non licet concludere. Aliud porro est mortem Domini annuntiare, aliud publice, ordinarieque in Ecclesia docere. Illud confessione, psalmis, precibus fieri potest ab omnibus: Hoc ex instituto divino reservatum est paucis. Si enim omnes, qui una S. Cœna utuntur concionari deberent, quae, rogo, inde oriretur confusio? Etiam feminæ tenentur Domini mortem annuntiare: sed a doctrina publica exclusas esse Deus voluit. Postremo debet equidem suis quisque donis servire alteri: salvo tamen Ordine divinitus instituto. Unusquisque, ut ipse distribuit Deus, unusquisque, ut illum vocavit dominus, ita ambulet. 1. Cor. VII, 17.

§. XX. Denique nostris nos armis oppugnare studet fanaticus, urgetque, a nobis ipsis defendi, omnes quidem docere posse idoneos: solos tamen vocatos ordinarie, & tanquam ex officio docere, verosque adeo & legitimos Doctores esse. Atqui officium nihil aliud esse, quam obligationem ad hoc illudve faciendum. Quae obligatio cum ex mera donorum praesentia oriatur, quemlibet iis donis utentem & docere, & tanquam ex officio docere, ac verum adeo legitimunque doctorem esse.

R. Mera donorum praesentia capacitatem quidem & aptitudinem ad docendum importat: Potestatem non assert. Paulus non sine gravi causa inter χαρισματα, ministeria, & επεργηματα distingvit 1. Cor. XII, 4. 5. 6. quo doceat, a concessione donorum

23. <sup>a</sup>	37.
23.	37.
	39.
22. <sup>c</sup>	36.
	35.
22. <sup>d</sup>	41.
	34.
22. <sup>e</sup>	42.
	43.
22. <sup>f</sup>	44.
	45.
22. <sup>g</sup>	46.
	47.
22. <sup>h</sup>	48.
	49.
22. <sup>i</sup>	50.
	51.
22. <sup>j</sup>	52.
	53.
22. <sup>k</sup>	54.
	55.
22. <sup>l</sup>	56.
	57.
22. <sup>m</sup>	58.
	59.
22. <sup>n</sup>	60.
	61.
22. <sup>o</sup>	62.
	63.
22. <sup>p</sup>	64.
	65.
22. <sup>q</sup>	66.
	67.
22. <sup>r</sup>	68.
	69.
22. <sup>s</sup>	70.
	71.
22. <sup>t</sup>	72.
	73.
22. <sup>u</sup>	74.
	75.
22. <sup>v</sup>	76.
	77.
22. <sup>w</sup>	78.
	79.
22. <sup>x</sup>	80.
	81.
22. <sup>y</sup>	82.
	83.
22. <sup>z</sup>	84.
	85.
22. <sup>aa</sup>	86.
	87.
22. <sup>ab</sup>	88.
	89.
22. <sup>ac</sup>	90.
	91.
22. <sup>ad</sup>	92.
	93.
22. <sup>ae</sup>	94.
	95.
22. <sup>af</sup>	96.
	97.
22. <sup>ag</sup>	98.
	99.
22. <sup>ah</sup>	100.
	101.
22. <sup>ai</sup>	102.
	103.
22. <sup>aj</sup>	104.
	105.
22. <sup>ak</sup>	106.
	107.
22. <sup>al</sup>	108.
	109.
22. <sup>am</sup>	110.
	111.
22. <sup>an</sup>	112.
	113.
22. <sup>ao</sup>	114.
	115.
22. <sup>ap</sup>	116.
	117.
22. <sup>aq</sup>	118.
	119.
22. <sup>ar</sup>	120.
	121.
22. <sup>as</sup>	122.
	123.
22. <sup>at</sup>	124.
	125.
22. <sup>au</sup>	126.
	127.
22. <sup>av</sup>	128.
	129.
22. <sup>aw</sup>	130.
	131.
22. <sup>ax</sup>	132.
	133.
22. <sup>ay</sup>	134.
	135.
22. <sup>az</sup>	136.
	137.
22. <sup>ba</sup>	138.
	139.
22. <sup>bc</sup>	140.
	141.
22. <sup>bd</sup>	142.
	143.
22. <sup>be</sup>	144.
	145.
22. <sup>bf</sup>	146.
	147.
22. <sup>bg</sup>	148.
	149.
22. <sup>bh</sup>	150.
	151.
22. <sup>bi</sup>	152.
	153.
22. <sup>bj</sup>	154.
	155.
22. <sup>bk</sup>	156.
	157.
22. <sup>bl</sup>	158.
	159.
22. <sup>bm</sup>	160.
	161.
22. <sup>bn</sup>	162.
	163.
22. <sup>bo</sup>	164.
	165.
22. <sup>bp</sup>	166.
	167.
22. <sup>aq</sup>	168.
	169.
22. <sup>ar</sup>	170.
	171.
22. <sup>as</sup>	172.
	173.
22. <sup>at</sup>	174.
	175.
22. <sup>au</sup>	176.
	177.
22. <sup>av</sup>	178.
	179.
22. <sup>aw</sup>	180.
	181.
22. <sup>ax</sup>	182.
	183.
22. <sup>ay</sup>	184.
	185.
22. <sup>az</sup>	186.
	187.
22. <sup>ba</sup>	188.
	189.
22. <sup>bc</sup>	190.
	191.
22. <sup>bd</sup>	192.
	193.
22. <sup>be</sup>	194.
	195.
22. <sup>bf</sup>	196.
	197.
22. <sup>bg</sup>	198.
	199.
22. <sup>bh</sup>	200.
	201.
22. <sup>bi</sup>	202.
	203.
22. <sup>bj</sup>	204.
	205.
22. <sup>bk</sup>	206.
	207.
22. <sup>bl</sup>	208.
	209.
22. <sup>bm</sup>	210.
	211.
22. <sup>bn</sup>	212.
	213.
22. <sup>bo</sup>	214.
	215.
22. <sup>bp</sup>	216.
	217.
22. <sup>aq</sup>	218.
	219.
22. <sup>ar</sup>	220.
	221.
22. <sup>as</sup>	222.
	223.
22. <sup>at</sup>	224.
	225.
22. <sup>au</sup>	226.
	227.
22. <sup>av</sup>	228.
	229.
22. <sup>aw</sup>	230.
	231.
22. <sup>ax</sup>	232.
	233.
22. <sup>ay</sup>	234.
	235.
22. <sup>az</sup>	236.
	237.
22. <sup>ba</sup>	238.
	239.
22. <sup>bc</sup>	240.
	241.
22. <sup>bd</sup>	242.
	243.
22. <sup>be</sup>	244.
	245.
22. <sup>bf</sup>	246.
	247.
22. <sup>bg</sup>	248.
	249.
22. <sup>bh</sup>	250.
	251.
22. <sup>bi</sup>	252.
	253.
22. <sup>bj</sup>	254.
	255.
22. <sup>bk</sup>	256.
	257.
22. <sup>bl</sup>	258.
	259.
22. <sup>bm</sup>	260.
	261.
22. <sup>bn</sup>	262.
	263.
22. <sup>bo</sup>	264.
	265.
22. <sup>bp</sup>	266.
	267.
22. <sup>aq</sup>	268.
	269.
22. <sup>ar</sup>	270.
	271.
22. <sup>as</sup>	272.
	273.
22. <sup>at</sup>	274.
	275.
22. <sup>au</sup>	276.
	277.
22. <sup>av</sup>	278.
	279.
22. <sup>aw</sup>	280.
	281.
22. <sup>ax</sup>	282.
	283.
22. <sup>ay</sup>	284.
	285.
22. <sup>az</sup>	286.
	287.
22. <sup>ba</sup>	288.
	289.
22. <sup>bc</sup>	290.
	291.
22. <sup>bd</sup>	292.
	293.
22. <sup>be</sup>	294.
	295.
22. <sup>bf</sup>	296.
	297.
22. <sup>bg</sup>	298.
	299.
22. <sup>bh</sup>	300.
	301.
22. <sup>bi</sup>	302.
	303.
22. <sup>bj</sup>	304.
	305.
22. <sup>bk</sup>	306.
	307.
22. <sup>bl</sup>	308.
	309.
22. <sup>bm</sup>	310.
	311.
22. <sup>bn</sup>	312.
	313.
22. <sup>bo</sup>	314.
	315.
22. <sup>bp</sup>	316.
	317.
22. <sup>aq</sup>	318.
	319.
22. <sup>ar</sup>	320.
	321.
22. <sup>as</sup>	322.
	323.
22. <sup>at</sup>	324.
	325.
22. <sup>au</sup>	326.
	327.
22. <sup>av</sup>	328.
	329.
22. <sup>aw</sup>	330.
	331.
22. <sup>ax</sup>	332.
	333.
22. <sup>ay</sup>	334.
	335.
22. <sup>az</sup>	336.
	337.
22. <sup>ba</sup>	338.
	339.
22. <sup>bc</sup>	340.
	341.
22. <sup>bd</sup>	342.
	343.
22. <sup>be</sup>	344.
	345.
22. <sup>bf</sup>	346.
	347.
22. <sup>bg</sup>	348.
	349.
22. <sup>bh</sup>	350.
	351.
22. <sup>bi</sup>	352.
	353.
22. <sup>bj</sup>	354.
	355.
22. <sup>bk</sup>	356.
	357.
22. <sup>bl</sup>	358.
	359.
22. <sup>bm</sup>	360.
	361.
22. <sup>bn</sup>	362.
	363.
22. <sup>bo</sup>	364.
	365.
22. <sup>bp</sup>	366.
	367.
22. <sup>aq</sup>	368.
	369.
22. <sup>ar</sup>	370.
	371.
22. <sup>as</sup>	372.
	373.
22. <sup>at</sup>	374.
	375.
22. <sup>au</sup>	376.
	377.
22. <sup>av</sup>	378.
	379.
22. <sup>aw</sup>	380.
	381.
22. <sup>ax</sup>	382.
	383.
22. <sup>ay</sup>	384.
	385.
22. <sup>az</sup>	386.
	387.
22. <sup>ba</sup>	388.
	389.
22. <sup>bc</sup>	390.
	391.
22. <sup>bd</sup>	392.
	393.
22. <sup>be</sup>	394.
	395.
22. <sup>bf</sup>	396.
	397.
22. <sup>bg</sup>	398.
	399.
22. <sup>bh</sup>	400.
	401.
22. <sup>bi</sup>	402.
	403.
22. <sup>bj</sup>	404.
	405.
22. <sup>bk</sup>	406.
	407.
22. <sup>bl</sup>	408.
	409.
22. <sup>bm</sup>	410.
	411.
22. <sup>bn</sup>	412.
	413.
22. <sup>bo</sup>	414.
	415.
22. <sup>bp</sup>	416.
	417.
22. <sup>aq</sup>	418.
	419.
22. <sup>ar</sup>	420.
	421.
22. <sup>as</sup>	422.
	423.
22. <sup>at</sup>	424.
	425.
22. <sup>au</sup>	426.
	427.
22. <sup>av</sup>	428.
	429.
22. <sup>aw</sup>	430.
	431.
22. <sup>ax</sup>	432.
	433.
22. <sup>ay</sup>	434.
	435.
22. <sup>az</sup>	436.
	437.
22. <sup>ba</sup>	438.
	439.
22. <sup>bc</sup>	440.
	441.
22. <sup>bd</sup>	442.
	443.
22. <sup>be</sup>	444.
	445.
22. <sup>bf</sup>	446.
	447.
22. <sup>bg</sup>	448.
	449.
22. <sup>bh</sup>	450.
	451.
22. <sup>bi</sup>	452.
	453.
22. <sup>bj</sup>	454.
	455.
22. <sup>bk</sup>	456.
	457.
22. <sup>bl</sup>	458.
	459.
22. <sup>bm</sup>	460.
	461.
22. <sup>bn</sup>	462.
	463.
22. <sup>bo</sup>	464.
	465.
22. <sup>bp</sup>	466.
	467.
22. <sup>aq</sup>	468.
	469.
22. <sup>ar</sup>	470.
	471.
22. <sup>as</sup>	472.
	473.
22. <sup>at</sup>	474.
	475.
22. <sup>au</sup>	476.
	477.
22. <sup>av</sup>	478.
	479.
22. <sup>aw</sup>	480.
	481.
22. <sup>ax</sup>	482.
	483.
22. <sup>ay</sup>	484.
	485.
22. <sup>az</sup>	486.
	487.
22. <sup>ba</sup>	488.
	489.
22. <sup>bc</sup>	490.
	491.
22. <sup>bd</sup>	492.
	493.
22. <sup>be</sup>	494.
	495.
22. <sup>bf</sup>	496.
	497.
22. <sup>bg</sup>	498.
	499.
22. <sup>bh</sup>	500.
	501.
22. <sup>bi</sup>	502.
	503.
22. <sup>bj</sup>	504.
	505.
22. <sup>bk</sup>	506.
	507.
22. <sup>bl</sup>	508.
	509.
22. <sup>bm</sup>	510.
	511.
22. <sup>bn</sup>	512.
	513.
22. <sup>bo</sup>	514.
	515.
22. <sup>bp</sup>	516.
	517.
22. <sup>aq</sup>	518.
	519.
22. <sup>ar</sup>	520.
	521.
22. <sup>as</sup>	522.
	523.
22. <sup>at</sup>	524.
	525.
22. <sup>au</sup>	526.
	527.
22. <sup>av</sup>	528.
	529.
22. <sup>aw</sup>	530.
	531.
22. <sup>ax</sup>	532.
	533.
22. <sup>ay</sup>	534.
	535.
22. <sup>az</sup>	536.
	537.
22. <sup>ba</sup>	538.
	539.
22. <sup>bc</sup>	540.
	541.
22. <sup>bd</sup>	542.
	543.
22. <sup>be</sup>	544.
	545.
22. <sup>bf</sup>	546.
	547.
22. <sup>bg</sup>	548.
	549.
22. <sup>bh</sup>	550.
	551.
22. <sup>bi</sup>	552.
	553.
22. <sup>bj</sup>	554.
	555.
22. <sup>bk</sup>	556.
	557.
22. <sup>bl</sup>	558.
	559.
22. <sup>bm</sup>	560.
	561.
22. <sup>bn</sup>	562.
	563.
22. <sup>bo</sup>	564.
	565.
22. <sup>bp</sup>	566.
	567.
22. <sup>aq</sup>	568.
	569.
22. <sup>ar</sup>	570.
	571.
22. <sup>as</sup>	572.
	573.
22. <sup>at</sup>	574.
	575.
22. <sup>au</sup>	576.
	577.
22. <sup>av</sup>	578.
	579.
22. <sup>aw</sup>	580.
	581.
22. <sup>ax</sup>	582.
	5

saltem mediata & ordinaria, non statim provolandum esse ad ἐνεργήσαται, sed expectandam esse διαυγίαν, ad quam nisi per legitimam vocationem hodiè perveniri non potest. Et licet acceptis quisque donis recte sobrieque uti debeat: illa tamen obligatio tanta non est, ut necessitatem vocandi tollere, vel ordinem divinum turbare ob eam liceat. Est enim mere *generalis*, nec ante ad publicum donorum exercitium & usum transferri potest, quam per honestam vocationem locus & occasio præbeatur. Reliqua quæ addidit Auctor partim jam supra discussa sunt, partim indigna, in quibus opera nostra diutius occupetur.

§. XXI. Hactenus igitur argumenta, quæ pro *Libertinismo docendi* attulit adversarius, refutavimus: Nunc, quibus *Vocationis Necesitatem* sollicitet, & quid in nostris, pro eadem afferri solitis, rationibus desideret, videamus. Urgeamus I.) Ubi non datur missio; ibi nec locum invenit prædicatio. Quomodo enim prædicabunt, nisi mittantur *Rom. X, 15.*

*Excipit I.) Adversarius:* Missionem b. l. non Vocationem requiri. Hæc duo plurimum differre. Nuntium ab alegante mitti: nec tamen ab eo, ad quem mittitur, vocari. Milites a Principe mitti: nec tamen ab hostibus accersi. Ministros verbi mitti quidem oportere a Deo, sed non vocari ab homine.

R. Etsi forte aliqua posit excogitari ratio, per quam inter *Missionem* & *Vocationem* quodammodo distingvatur, ita ut *Vocatio* directe personam, hujusque *denominationem*: *Missio* autem officium, hujusque *commissionem* respiciat: Altera etiam in signo rationis nostræ *precedat*: altera *subsequatur*. Supervacua tamen & otiosa hæc est subtilitas, siquidem stylo Scripturæ, & *qua rem* omnino coincidunt. Utrumque certe de *Ministris Dei*, & Ecclesiæ Doctoribus invenitur. Aaron dicitur οὐλέμενος ἀπὸ τῆς θεᾶς, vocatus a Deo *Ebr. V, 4.* Johannes vero ἀπεισαλμένος παρὰ θεᾶς, vel missus a Deo *Job. I, 6.* Quin unus & idem Paulus semel iterumque se nominat οὐλητὸς ἀπόστολος h. e. & vocatum & missum *Rom. I, 1.* *I. Cor. I, 1.* Ac ne quis existimet, hæc de vocatione, & missione *immediata*, solum vale-

IC<sub>2</sub>

re, urgeo verba Servatoris, Matth. XXIII, 34. Ecce mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & scribas, & illorum aliquos occidetis &c. Quam prædictionem, juxta cum aliis, in Stephano Proto-martyre, impleta fuisse, est extra controversiam Actor. V, 40. VII, 59. Qui tamen non amēσως a Deo, sed ab Apostolis, & toto fidei-lum cœtu ad munus Diaconi obeundum, & prædicandum fuerat vocatus Act. VI, 6. Sic c. XV, 25. Judas & Silas aliquie a tota Hierosolymorum Ecclesia mittuntur Antiochiam, quos quidem non modo acceptas literas exhibuisse, sed & verbum prædicasse, & copioso sermone fratres in Doctrina confirmasse ex v. 32. discimus. Denique Timotheus Ecclesiæ Ephesinæ Episcopus non immediate a Deo, sed a Paulo & reliquis Presbyteris erat vocatus 1. Tim. IV, 4. 14. 2. Tim. I, 6. Et tamen de hoc non minus, quam de seipso, pronuntiat Apostolus: nomine Christi πρεσπένομεν 2. Cor. V, 20. Ut adeo ne in his quidem, qui ab hominibus sacro præficiuntur cultui, misso & vocatio differant. Dixeris: Interim non est necesse, ut quis ab eo, ad quem mittitur, vocetur. R. Atqui Davides vocabatur a Saule, ad quem mittebatur a Patre, 1. Sam. XVI, 19. 20. Ergo nec pugnabit, eundem & ab Ecclesia vocari, & ad eandem mitti. A DEO enim mittitur; sed per Ecclesiam, veritatis custodem ac vindicem, divinæque voluntatis nuntiam ac interpretem vocatur. Perbelle D. Heilbrunnensis Abbas Francisci, in Margar. Theol. L. XIII. p. 130. Filius, inquit, Dei Ecclesiam Sponsam suam constituit Dominam bonorum suorum, que passione & morte sua promeruit, eique hanc potestatem dedit, ut dona sua recte per idoneos ministros dispenset. Instas: Ibi quis mittitur ἀυτονομοποιῶς, palam est, non demum expectari debere vocationem.

Resp. Distinguendum est inter immediatam, & medianam vocationem. Illa est, quando Deus non per hominum suffragia, sed vel per seipsum mittit homines, ut Prophetas in V. & Apostolos in N. T. vel interpreti mittendum quounque modo declarat, ut Aaronem Ex. XXVII, 1. Ebr. V, 4. Hæc est, quando quis per homines, & ab hominibus mittendi potestate instrutis, vocatur Gal. I, 1. Jam ubi Deus per seipsum, &

23 <sup>a</sup>	37
23.	37
	39.
22 <sup>c</sup>	36.
	41.
22 <sup>b</sup>	35.
	41.
22 <sup>d</sup>	34.
	41.
22 <sup>e</sup>	33.
	41.
22 <sup>f</sup>	32.
	41.
22 <sup>g</sup>	31.
	41.
22 <sup>h</sup>	30.
	41.
22 <sup>i</sup>	29.
	41.
22 <sup>j</sup>	28.
	41.
22 <sup>k</sup>	27.
	41.
22 <sup>l</sup>	26.
	41.
22 <sup>m</sup>	25.
	41.
22 <sup>n</sup>	24.
	41.
22 <sup>o</sup>	23.
	41.
22 <sup>p</sup>	22.
	41.
22 <sup>q</sup>	21.
	41.
22 <sup>r</sup>	20.
	41.
22 <sup>s</sup>	19.
	41.
22 <sup>t</sup>	18.
	41.
22 <sup>u</sup>	17.
	41.
22 <sup>v</sup>	16.
	41.
22 <sup>w</sup>	15.
	41.
22 <sup>x</sup>	14.
	41.
22 <sup>y</sup>	13.
	41.
22 <sup>z</sup>	12.
	41.
22 <sup>aa</sup>	11.
	41.
22 <sup>ab</sup>	10.
	41.
22 <sup>ac</sup>	9.
	41.
22 <sup>ad</sup>	8.
	41.
22 <sup>ae</sup>	7.
	41.
22 <sup>af</sup>	6.
	41.
22 <sup>ag</sup>	5.
	41.
22 <sup>ah</sup>	4.
	41.
22 <sup>ai</sup>	3.
	41.
22 <sup>aj</sup>	2.
	41.
22 <sup>ak</sup>	1.
	41.
22 <sup>al</sup>	46.

sine medio mittit, ibi nil opus esse *Vocatione per homines* facile largimur. Unde adeo frustra est adversarius, quando necessitatem vocandi impugnaturus, monet, hac ratione, *etiam Apostolos a gentilibus debuisse vocari.* Apostoli enim erant *immediate vocati*, atque ad omnes gentes instituendas misi: Nil igitur opus erat *vocatione per homines.* Adhac *Vocatio*, nisi ab Ecclesia jam *plantata*, proficii non potest. Tunc autem temporis erat *plantanda.* Ceterum ubi *mediate mittit*, per homines: ibi vero jam præsto est *vocatio*: siquidem *vocatio* per homines, & *missio mediata* coincidunt. Πρῶτον adversarii ψεῦδος est, quod putat, eos omnes jam dum vocatos esse a Deo, qui donis docendi instructi sunt. Etsi enim hæc recte sese habeant, qua *dona extra ordinem collata*, utpote quæ *missionis immediata certissimum sunt indicium*, ab ordinariorum tamen donorum collatione, ad missionem vocationemque *specialem* non fas est concludere, quod supra evicimus.

Monet II.) *Facile apparere de solis Apostolis, & Apostolicis viris, disputari b. l. predicatoris nimirum apud eos, qui nihil quam de verbo audierint: nec antea crediderint, & quod hinc sequitur, neminem vocare potuerint.*

R. Ita quidem Socinistas inter contendunt Osterodus apud Calov. in Socin. p. 905. & Schmaltzius apud Gerb. de Minist. pag. 87. Ceterum Apostoli scopus, & universa textus συνάφεια facile ostendunt contrarium. Id quippe agit Apostolus, ut causas rejectæ Judæorum gentis alleget, eademque non ex Numinis invidia, sed hominis perinacia deduci oportere ostendat. Quod ut obtineat docet, non modo totam οἰνοούσια, gratiae esse catholicam, ita ut universalis sit benevolentia Patris, siquidem Deus, omnium Dominus, sit quoque dives misericordia in omnes vers. 12. universalis sit satisfactio Filii, cum τέλος vobis sit Christus ad salutem omni credenti v. 4. universalis denique sit Applicatio Spiritus S. per vocationem, fideique oblationem, cum in omnem terram exierit sonus Evangelii: & prope sit verbum fidei in ore hominum & corde hominum v. 8. & 18. Sed & unum eundemque, ac prorsus immutabilem salvandi modum esse insinuat, ita ut

ut *Judei* alia, quam *Græci*, ratione justitiam consequi, & e reatu peccatorum emergere non posint. Immotam porro, & constantem hanc Dei fententiam esse, ut & *soli & omnes* salvantur, qui *nomen Domini invocent*: *Neminem vero invocare nisi qui credit*: *neminem credere, nisi qui audierit, neminem audire, nisi cui prædicatum fuerit, neminem prædicare, nisi qui missus fuerit*. Hunc igitur ordinem omnibus salvandi cupidis necessario esse tendendum, nec æquum esse ut Deus in negotio salutis se voluntati hominum; sed ut *homines* se voluntati *Dei* accommodent. *Judeos nihilominus* sprevisse illum, & alia, quam Deus præscriperit, ratione ac modo salvari cupere: Hinc igitur mirum non esse, quod, quam alii facile salutem recipient, ipsi non affequantur. Quibus observatis constat, Pauli verba: *quomodo præcubunt, nisi mittantur?* non de solis Apostolis, aut Ecclesiae plantandæ temporibus, intelligi oportere, quod adversarius contendit, sed perpetuae esse necessitatis, perpetuique valoris. *Ulti enim semper & necessario salvatio prærequirit invocationem: invocationem fidem: fides auditum: auditus prædicationem: ita semper & necessario prædicatio prærequirit missionem*. Nec ratio apparet, cur id solum, quod de missione dicitur, velimus ad tempora Apostolorum restingere, cum reliqua omnia procul temperamento illo accipiamus. Denique perpetuae veritatis regula est: in *relatione terminum non habere locum sine fundamento*. Ministrium vero est *relatio*, cuius fundamentum est *missio*, terminus ipse, *prædicatio*: Ergo *prædicatio* legitima, ceu terminus non haber locum absque *missione & vocatione*, tanquam fundamento. vid. *Gerb. de Minist. p. 86.*

**S. XXII.** Alterum pro necessitate Vocationis Argumentum est, quod Deus improbat sponte currentes, nec misionem expectantes *Jer. XXIII, 21.*

Excipit 1.) *Misionem b.l. non vocationem requiri.* 2.) *Textum non de ordinariis Doctoribus, sed extraordinariis agere.* Quod Osterodi effugium est *Instit. c. 42. p. 437.* 3.) *Vocationis defectum non obfuturum fuisse efficacia verbi, dummodo hoc purum annuntiassem.* *Vocationem ergo non esse necessariam.*

R. Mis.

23 <sup>a</sup>	37
23,	37.
22 <sup>c</sup>	36.
22 <sup>b</sup>	35.
22 <sup>a</sup>	34.
22,	33.
22,	32.
22,	31.
22,	30.
22,	29.
22,	28.
22,	27.
22,	26.
22,	25.
22,	24.
22,	23.
22,	22.
22,	21.
22,	20.
22,	19.
22,	18.
22,	17.
22,	16.
22,	15.
22,	14.
22,	13.
22,	12.
22,	11.
22,	10.
22,	9.
22,	8.
22,	7.
22,	6.
22,	5.
22,	4.
22,	3.
22,	2.
22,	1.
22,	46.
22,	45.
22,	44.
22,	43.
22,	42.
22,	41.
22,	40.
22,	39.
22,	38.
22,	37.
22,	36.
22,	35.
22,	34.
22,	33.
22,	32.
22,	31.
22,	30.
22,	29.
22,	28.
22,	27.
22,	26.
22,	25.
22,	24.
22,	23.
22,	22.
22,	21.
22,	20.
22,	19.
22,	18.
22,	17.
22,	16.
22,	15.
22,	14.
22,	13.
22,	12.
22,	11.
22,	10.
22,	9.
22,	8.
22,	7.
22,	6.
22,	5.
22,	4.
22,	3.
22,	2.
22,	1.

R. 1.) Misionem & Vocationem æquipollere supra ostensum fuit. 2.) Si rem recte putamus, neque de *ordinariis*, neque de *extraordinariis*, sed *falsis* Prophetis agitur, qui, præter inanem nominis jactantiam, nihil habebant Propheticci. Addo tamen, Prophetas olim *geminam* gesisse personam: alteram *prophetarum*, qua talium, & sic prodebat *nova*, & eo usque incognita: alteram *Doctorum*, & sic tractabant *vetera*, atque a majoribus accepta: Hinc immediata *suggestio*, hinc legitima requirebatur *Misso*. Utrumque Pseudo - prophetis deerat, qui & prophetabant, sine revelatione: & currebant, sine vocatione. Unde & h. l. *utraque* de causa deprehenduntur. Interim uti recte vocati *male*; sic non vocati aliquando *bene* docere possunt *Luc. II, 17. Att. XVI, 17. Marc. I, 24.* Quapropter si Pseudo - prophetæ ab illa sibi temperassent audacia, & non tam *nove revelata* jactassent, quam *vetera bona fide tradidissent*, non obstante vocationis defectu, utilem Ecclesiæ operam fuerant navaturi. Sic enim & seducentium diminutus fuisset numerus, & verbo Dei suus constitisset fructus, ut, qui non a proponentis vocatione, sed Dei ordinatione dependet, nullaque hominum protervia potest intercipi. Vid. *D. Müller in Luth. def. p. 10. II. & Vindic. p. 28. sq.*

§. XXIII. Urgemus III.) quod nemo sibi sumit honorem (ministerii S.) sed qui vocatur a Deo, quemadmodum & Aaron *Ebr. V, 4.*

Excipit cum Nicolaide Socinista, apud *Calov. in Socin. p. 906.* & *Völkel. L. III. de relig. c. 37.* Textum agere de Pontifice maximo, & docere, quod nemo sibi in N. T. sumere potuerit bonorem Messie, nisi vocatus a Deo, ad instar Aaronis in Veteri. Respici etiam ad Johannem, qui neget hominem quicquam accipere posse, nisi id subministretur e cœlis *Io. III, 27.*

R. Non negamus agi h. l. de Christi Pontificatu Maximo. Interim Apostolus, per universalem negativam, ἐχειτω τις λαυδίας την τιμὴν, quam loco ὑποθέσεως premitit, antequam eam ad Christum applicet v. 5. loquitur de universal ratione *æquitatis*, in capeſſendo quovis Sacerdotio, & a necessitate

tate vocationis in V. T. infert necessitatem Vocationis in Novo, ac speciatim Messiae, qui non modo, ut typo suo Pontifici V. T. hac parte responderet, sed & ut Ordinationi Catholicæ de non capessendo, ante Vocationem, sacerdotio satisficeret, non ante aggressus sit Ministerium & munus propheticum personale, quam vocaretur & voce cœlitus de lapsa inauguraatur. Vid. *Hülf. Vind. Art. XL. de Minist. p. 173.* Add. *Stegm. in Photin. Dissert. LIII. p. 610.* Quod si ipse Dei filius non ante aggressus fuit munia sua, quam vocatus esset a Patre: multo minus nudus homo non vocatus capessere docendi partes debet, rete infert *B. Calovius noster in Syn. Contr. p. 906.* Et *Jo. XX, 21.* Servator dicit: *Sicut Pater me misit; ita & Ego mitto vos: nempe quo doceat, etiam in negotio Vocationis requirendæ, & urgendæ illius nos exemplum respicere oportere.*

§. XXIV. Quarto prætereundum non est, dehortari Jacobum, ne quilibet docere præsumat *o. III, 1.*

Excipit Adversarius: *Idem a se contendit, qui doceat, distingvi opertore infantes, & adultos in Christo: nec quenquam arrogare sibi ea, quorum ipse sit incapax, debere. Interime Jacobi verbis patere sententiam nostræ contrarium, ut qui nullam habuisset monitionis causam, nisi tunc creditum fuisset, pluribus docere in Ecclesia fas esse.* Infert: Also muß es dann in der ersten Kirchen also gestanden haben / daß man ohne Menschen-Beruff wohl habe Lehren mögen/ und daß Jacobus deswegen Gelegenheit und Ursach gefunden / die Gläubigen zu der Behutsamkeit zuvermahnien.

R. I.) Quod non nisi idoneis, & aptis ad docendum, iisdemque adultis in Christo, ut loquitur Scriptura, docendi potestatem relinquit, vehementer laudo. Verendum autem est, ne multi plura suis de facultatibus sperent, quam in re est, seque ad docendum pulcre arbitrentur idoneos, et si nondum satis didicerint. Quo pacto non modo rerum omnium orietur confusio, sed & horribilem in modum corrupetur doctrina. Sane plures sibi t. t. præter meritum docendi in Ecclesia rapuisse partes: eoque ipso Apostolo nostro monitionis gravissimæ occasionem dedisse, ne ipse quidem diffitetur fanaticus. Quos cum eo nomine severe objurget, pravumque morem abolitum cupiat Jacobus, vel hoc ipso docuit nefas esse, cuilibet promiscue publice docendi potestatem tribuere.

Instat: *Non tam de Doctoribus b. l. quam intempestivis & preposterioris F Censo-*

23. <sup>a</sup>	37.
23.	37.
22.	36.
22.	35.
22.	34.
22.	33.
22.	32.
22.	31.
22.	30.
22.	29.
22.	28.
22.	27.
22.	26.
22.	25.
22.	24.
22.	23.
22.	22.
22.	21.
22.	20.
22.	19.
22.	18.
22.	17.
22.	16.
22.	15.
22.	14.
22.	13.
22.	12.
22.	11.
22.	10.
22.	9.
22.	8.
22.	7.
22.	6.
22.	5.
22.	4.
22.	3.
22.	2.
22.	1.
22.	46.
22.	45.
22.	44.
22.	43.
22.	42.
22.	41.
22.	40.
22.	39.
22.	38.
22.	37.
22.	36.
22.	35.
22.	34.
22.	33.
22.	32.
22.	31.
22.	30.
22.	29.
22.	28.
22.	27.
22.	26.
22.	25.
22.	24.
22.	23.
22.	22.
22.	21.
22.	20.
22.	19.
22.	18.
22.	17.
22.	16.
22.	15.
22.	14.
22.	13.
22.	12.
22.	11.
22.	10.
22.	9.
22.	8.
22.	7.
22.	6.
22.	5.
22.	4.
22.	3.
22.	2.
22.	1.

*Censoribus disputari:* Es hätte das Unsehen / daß eine *antiptofis* im Text  
sey / also daß πολλοὶ διδάσκαλοι so viel sey / als πολλῶν διδάσκαλοι Biel.  
Lehrer / Allmanstadler / die iederman richten und hoffmeistern wollen.

R. Etsi non dememini etiam Nostros inter, utpote *C. Brochmandum in Comment. ad h. l.* huic interpretationi favere; satius ta-  
men est, receptæ inhærere sententiae. Non enim loquitur Apo-  
stolus de *modeste potentibus*, quia, qui *Episcopatum desiderat*, *bonum opus desiderat*, *i. Tim. III, 1.* multo minus de *legitime vocatis*; sed *ingerenti- bus* sese, ac parum habentibus pensi, quam arduum sit munus, &,  
quod DEus etiam a *legitime vocatis* in extremo judicio longe sic  
requisitus plura, quam ab aliis hominibus, qui pro se tantum red-  
dere rationem, illi vero etiam pro suis auditoribus, tenebuntur.  
*Ezech. III, 16. 18. XXXIII, 7. 8. Ebr. XIII, 7.* Causam necessarie adhor-  
tationis querit in proclivitate ad lapsum, & consuetudine errandi,  
puta, in docendo, quod recte ad h. l. advertit *Grotius*. De *Antiptofi*  
vero quod affertur, frigidum est & jejunum. Obstat enim natura  
vocis διδασκάλων, quæ, ne quidem apud profanos Scriptores, pro  
intempestivo quodam, & præpostero Censore temere capitur,  
nendum in Scriptura: Obstat totius formulæ indeles, quæ hujus-  
modi sententiam neutriquam patitur. Certe his verbis non tam ju-  
dicandi, quam docendi pruritum castigat notatque Apostolus, eoq;  
ipso munus tot erroribus obnoxium non ambitione captandum,  
sed modeste, si a vocantibus offeratur, accipiendum esse insinuat.

§. XXV. Provocamus V. ad exempla Kore, Dathan & Abiram,  
quos absorptos a terra fuisse legimus, eo quod involarant sacer-  
dotii partes, Aaroni, & filiis destinatas. *Num. XVI, 22.*

Exc. Homines ad docendum aptos, si doceant, non magis peccare, quam  
oculi hominis, quibuscum comparentur illi i. *Cor. XII*. si videant, reliqui-  
que membris præluceant. Si publice docere, sit alienas partes invadere,  
mirum videri, cur non etiam Eldad & Medad, prophetantes in castris  
una cum tota Legisperitorum multitudine absorpti fuerint. Sed irosam  
vero cohortem punitam esse a Deo, non quia publice in castris docuerint,  
sed quia sacrificia offerre & adolere incensa voluerint.

Resp. I.) uti sola regendi aptitudo, ad capessendum regnum, non  
sufficit, ita nec aptitudo docendi ad ministerium publicum. Distin-  
cta sunt χαρισμata: distincta munia: distincta ἐνεργήματα. *i. Cor.*  
*XII, 4. 5. 6.* Nonnulli Christianorum comparantur cum oculis, ob  
majorem Divini luminis, quem extra ordinem erant consecuti,

gra-

gradum. Cujusmodi si de se quoque poterunt ostendere fanatici, a publica docendi potestate non arcebuntur. Ceterum, si quis tantum, etiam *ordinarii*, luminis, sibi accepisse videtur, ut non modo sibi, sed aliis quoque prælucere docendo posse, is radios ejus spargat versus domesticos, aliosque vitæ socios, & satis officio suo fecerit in Ecclesia. Ordinem Divinum turbare nil opus est. *Si totus oculus: ubi auditus: & si omnes docere vellent, quis disceret?* l.c. Eldad & Medad immediate erant vocati a Deo, & nominetenus consignati in tabula. Deum igitur celebrando in castris, nihil præter officium fecerunt, quod supra docuimus. Denique Kore, Dathan & Abiram, non tam *docendi*, quam sacrificandi, & *adolendi*, partes ad se trahere voluisse, non diffitemur. Interim cum, citra vocationem, nefas fuerit *adolere*, quia hoc erat *ordinarii Sacerdotis*: nefas quoque fuerit, sine illa, publice *docere*, quia est *ordinarii Ministri*. *Ephes. IV, 12. 13. sq.*

§. XVI. Urgemus merito VI. e Libertinismo docendi horribilem in cœtu S. oriundam esse Confusionem. Quod quidem eo usque verum est, ut ipse Dn. D. Spenerus, qui alioqui Adversarii sententiæ quodammodo patrocinari videtur, negare illud non possit / vom Geistlichen Priestertum. num. 67. p. 69.

Excipit autem a.) Paulum donorum collatorum usum urgere per præceptum Domini, b. e. immediate a Deo jussum, cui enervando nullus a confusione metus sufficiat. Præsertim cum b.) eadem studio, diligentiaque, pii ac prudentis Episcopi, facile posse evitari. Nam & c.) in conviviis, aliisque congressibus, multos loqui citra confusionem. Imo si vel maxime quedam oriretur confusio, abusum tamen rei bona, usum ipsum tollere non posse. Etiam in Corinthiaca Ecclesia doni Linguarum abusum gliscere cœpisse, nec tamen idcirco usum ejus simpliciter prohibuisse Paulum. Postremo e.) mirum videri posse, quod, cum ne usum quidem libertatis docendi legitimum unquam admiserimus, de illius tamen abusu, atque hinc oriunda Confusione tanopere conqueramur.

Resp. I.) Exigit Paulus usum non tam licentius adhibitum, quam circumspectum, & ad Ecclesiæ utilitatem directum: eundemque donorum, non *ordinariorum*, qualia hodie inter nos obtinent, sed extra ordinem collatorum. 2.) Episcopi autem ut *ipsi doceant*, non, ut oriundam, ex aliorum doctrina, confusionem prohibeant, sunt vocati. 1. Tim. III, 2. Tit. I, 9. Act. XX, 28. 1. Pet. V, 1. 2. seq. 3.) Congressus sacrificum profanis, Ecclesiastici cum civilibus, publici cum

23 <sup>a</sup>	32
23.	32
22 <sup>a</sup>	36
22.	35
22 <sup>c</sup>	41
22.	84
22.	42
22.	5
21.	4
21.	8
21.	8
21.	4
21.	19
21.	18
21.	17
21.	7
21.	11
21.	51
21.	41
21.	44
21.	41
21.	51
21.	31

privatis, temere comparari non debent. Aliud est loqui coram populo : aliud disputare in convivio. In cœna suam quisque sententiam , quam fieri potest , brevisime exponit. Orator Sacer plus spaci requirit , & majore verborum copia rem agit , exemplo Pauli *Act. XX, 9. n.* & ipsius Jesu , *Marc. VI, 34.* Unde & hoc loco duos, vel tres, loqui jubet inter Prophetas, reliquos autem tacere , & de propositis judicare. 4.) Abusus tum demum rei ipsius decoro usui nocere nequit, quando hic in Scriptura fundatus, & a Deo ipso præscriptus est. Quod cum de promiscue docendi licentia demonstrari non possit, facile patet, neutrum oportere admetti. Apud Corinthios florebat usus donorum extraordinariorum, quorum collationem cum immediata vocatione semper esse conjunctam, supra docuimus. Hodie vero nec dona extraordinaria, nec immediata vocatio obtinet. Quid igitur Corinthiorum exemplo sese tuetur fanaticus ? Quodsi nihilominus usus donorum *extra ordinem* collatorum licitus confusionem in Ecclesia peperit, quanto magis pariet donorum *ordinariorum* illicitus ? Quod postremo adjicit, *male a nobis metui abusum, cum ne usum quidem buc dum experti sumus,* id stolidè fuit ab adversario dictum. Nullane, nisi quæ experti sumus, incommoda sunt cavenda? Frivolum. Nondum senferant Ephesii oriturum ex hæresibus damnum : Nihilominus sedulo cavere illas jubet Apostolus *Act. XX, 31.* Quanta secum mala vehat sedatio, nemo nostrum expertus est: Ergone, quo experiendo discamus, si forte oriatur, est permittenda? Apage istas ineptias! Quocum enim hoc illudve periculum & incommodum necessario certissimeque connexum est: ita ut illud prospicere animo, ac providere queamus, id vero quovis tempore, quanto fieri potest studio, curaque est declinandum. Stultorum enim, non Sapientum Magistra experientia dicitur.

§. XXVII. Adversa nobis opinio Socinistis, Arminianis, Anabaptistis, Weigelianis, Tremulis, denique fanaticis fere omnibus, manifestis exploratisque doctrinæ cœlestis hostibus probatur, eaque de causa merito est suspecta. Ac *Socinistas* quidem impugnare vancandi necessitatem ne ipse quidem *Merckerus* dissimulat. Ex *Arminianis* vero *Episcopius P. III. Disp. XXVI. Q. 4. fas,* inquit, licitumque est homini Christiano non tantum in magno necessitatis casu, aut enormi aliqua defectione Ecclesie, vel corruptione, sed quovis etiam tempore, verbum divinum docere, si ad docendum idoneus sit, & qui doceri volunt,  
id

id serio atque obnixe postulent. De Anabaptistis querebantur *Helvetii* in Synodo Tigurina A. 1614. Die Täuffer / füraus die Belästnen / und die ihnen viel einbilden/wollen die Freiheit haben in der Kirchen zu reden/ wie denn Hans Landis dräuff gedrungen/ apud Ottium in Annal. Anab. p. 225. Conf. Chemnit. T. II. de Eccl. f. 155. Gerb. de Ministr. n. 64. Arnoldus ipse T. II. L. XVII. C. 12. f. 554. & Spanh. in Elencho contr. p. 173. Weigelius P. I. post f. 44. ait: Der Evangelist giebt uns zu erkennen/ daß Prediger sollen zu erst Engel des *S. Errn* seyn/ denn sie sollen von Gott gelehret / und gesandt seyn/ NB. nicht von Menschen. Conf. N. Hunnius in der Betrachtung Theol. Weigel. p. 317. Thummius in Imp. Weigel. p. 213. Crocius in Antivig. P. II. C. 2. p. 27. sq. Elias Praetorius vom Missbrauch des Predigt-Almpts p. 9. Es wäre zu wünschen/ daß man Gottes geahrte Layen/ in öffentlicher Versammlung aufzutreten/ und aus ihrem Priesterl. Munde die Weisheit der Heiligen lernte. rc. it. p. 695. Die Prediger haben das Priesterthum des N. T. auf gut Jüdisch/ und alt Testamentisch allein zu sich gerissen rc. Consentit. Ad. Held, in der Prüfung der Sache eines Evangel. Pred. C. 10. p. 52. Böhmicolarum, Pietistarum, & recentiorum quorundam sententiae videantur apud Dn. D. Schelw. in Piet. Sect. P. I. Art. III. p. 75. sq. & Colberg. in Christ. Hermet-Platon. P. II. C. 15; p. 696. Quorum omnium περῶν Χριστὸς est, de vocatione immediata, qualem etiamnum jactant plerique fanatici: vel dari promiscue Spiritum, rubibus, idiotis, opificibus, quo apti reddantur ad docendum, prædicandum, enthuiaisticō sepe afflati. it. literarym studium, lingvas, disciplinas spectare ad sapientiam mundi &c. ut acute judicat Fr. Spanhemius l. c. p. 124. Quicquid vero sit hujus, horum omnium, certe Socinistarum, consensum, causē, quam defendendam sumperit, bonitati, nocere non posse, existimat Adversarius. Idque ideo, quia I.) non raro Heretici veritatem melius, quam orthodoxi, inspiciant: quando nempe, vel ex veritate aliquod heresi sue incrementum sperent: vel etiam luminis naturae beneficio pateat, cuius duclum heretici aliquando facilius, quam externe, & visibilis Ecclesie membra sequantur, quum sum illi libertatem defendant, hi contra metu ac reverentia potentum in Ecclesia ab illius custodia arceantur.

R. Neque nos diffitemur, hereticis, etiam atrocissimis, quasdam supereffe veritatis reliquias, alioqui non heretici forent, sed infideles & athei. Ceterum quid verum sit in doctrina, melius ab his, quam orthodoxis inspici, illi credant, qui cum Thomaso hæresin, non



in mente ac intellectu, sed voluntate ac moribus, quæri oportere existimant. Nos uti visibilis Ecclesiæ notas *puram verbi & Sacramentorum dispensationem* esse perfaçissimum habemus; sic veritatem alibi, quam in ea, inveniri certius posse plane inficiamur. Quicquid etiam ab Ecclesia rejicitur, Hæreticis autem probatur, hoc ipso, quia probatur, *suspicuum* saltem est, et si non e vestigio *falsum*. Ex adverso Ecclesia ceu  $\tau\bar{\nu}\lambda\mathcal{O}$   $\chi\bar{\nu}\delta\rho\alpha\mu\alpha$   $\tau\bar{\nu}\eta\bar{\nu}\alpha\lambda\eta\theta\epsilon\alpha\zeta$  I. Tim. III, 14. semper *presumitur* *habere*, ac defendere *veritatem*, ac vel ea de causa recepta huic sententia non est temere deferenda. Dices: *Hæreticos aliquando hanc, illumine veritatem tueri, quia utilis sit, & lumini naturæ conveniat.* R. Atqui hoc ipso non minuitur, sed cumulatur suspicio, quia in consti-  
tuenda doctrina, non quid *utile*, sed quid S. literis *conforme*, non quid *ratio* suggerat, sed quid *Revelatio prescribat*, videndum est. Imo ve-  
ro Libertinismum docendi, & inde oriundam confusionem, cum  
ipso naturæ lumine quodammodo pugnare, supra non uno argu-  
mento evicimus. Intra Ecclesiam vero visibilem homines ab iis re-  
cipiendis arceri, quæ a natura ipsa monstrantur, falsissimum est, seu  
 $\vartheta\epsilon\sigma\omega$  seu  $\omega\pi\omega\vartheta\epsilon\sigma\omega$  spectes. Est utique aliquando rationis corruptæ  
exuenda perswasio; sed non quia potentiores, vel Ecclesiæ Ministri  
hoc imperant, quemadmodum calumniatur Merckerus, sed quia  
Spir. S. in Scriptura *rectiora* proposuit. Alioqui norunt Ecclesiæ Do-  
cetores, Ministros se esse, non Dominos, qui *præire* commisso gregi, non  
*imperando* molesti esse debeant. Sed & illud meminerint Fideles, ob-  
sequendum esse  $\tau\bar{\nu}\eta\bar{\nu}\gamma\bar{\nu}\mu\bar{\nu}\epsilon\bar{\nu}\omega\bar{\nu}\zeta$ , Ebr. XIII, 3. quæque afferunt ex Scriptu-  
ra non tanquam ab *homine dicta*, sed ipso *Numine jussa* recipi oportere.

Urget II.) *Si libertatem docendi in Socinisis dannare velimus, cur non etiam in Waldensibus improbemus, quos tamen pro ea sanguinem ipsum profundisse conset.*

R. Waldenses omnibus indiscriminatim, etiam feminis, publice do-  
cendi licentiam dedisse, per calumniam iis, opinor, tribuitur. Nihil de hoc  
Petrus de Vinea Ep. L. I. n. 25. seq. p. m. 173. seq. nihil Aeneas Sylvius Hist. Boh.  
C. XXXV. p. 67. Nihil Magdeburgici Cent. XII. c. 8. Nihil Sleidanus de S. R. L.  
XVI. p. m. 466. Nihil Osiander Cent. XII. L. III. c. 5. p. 287. Nihil Mornæus, &  
Heideggerus in Hist. Pap. p. 304. seq. &c. 112. Nihil Regenvolsci Hist. Eccl. Sclav.  
C. 3. p. 11. seq. qui de Waldensibus ex instituto tractant, hujus eos erroris insi-  
mulant. Imo vero Sylvius narrat, docuisse illos, *Sacerdotes debere esse pauperes*: & *Presbyterum non dignitatem, sed virtutem meritum efficerem potiorem* l. c. In sua  
vero ad Franciscum I. R. G. *Apologia* monebant: *Ministros Ecclesiæ, nisi officium*  
*faciant, loco movendos esse, apud Sleid. l. c.* Unus Rainierius Sachoni ord. *Prædic.*  
*Monachus Sec. XIII. scriptor, in suo adversus Waldenses Commentario: Viri*  
*& mulieres, inquit, parvi & magni, nocte & die, non cessant discere & docere.*  
Sed quomodo id accipi debeat, mox exponit: *Audi vi ab ore credentis cuiusdam,*  
*quod quidam Hæreticus, quem novi, ad hec tantum, ut eum a fide nostra aver-*  
*teret,*

teret, & ad suam perverteret perduceretque nocte, byemali tempore, per aquam, quæ dicitur, Ibis, natavit ad ipsum. Et mox: Novum & Vetus Testamentum vulgariter translulerunt, & sic docent & discunt. Ex quibus patet, ultra privatam institutionem non fuisse progressos, & si forte pluribus publice docendi potestatem fecerunt, id recte docentium inopiae, ipsique adeo necessitati temporum fuerit condonandum. Postremo si vel maxime isti sententiæ Waldenses indulsisse constaret, quid hoc ad Orthodoxos, qui non exemplis, sed regulis rem confici debere norunt? Sufficit hujus instituti, non mandatum, non promissionem, non exemplum e S. scripturis afferri posse.

§. XXVIII. Denique VIII. a nobis urgetur, Lutherum ipsum & Augusta-nam Confessionem vocandi necessitatem probare. Ille enim sua se vocatione perpetuo tueretur, Tom. I. Jen. f. 57. & T. V. Jen. f. 157. 302. 361. 492. In Augustana-veto Confessione Art. XIV. dicitur: *quod nemo debeat publice docere, & admi-nistrare Sacra menta, nisi qui rite est vocatus.* Excipit I.) Adversarius p. 68. e Lutheri scriptis patere, *quod cuivis idoneo potestatem docendi reliquerit.* Quor- sum allegat verba ejus ex Postill. Eccles. & Tom. II. Altinb. Quæ ipsa quoque Spenerus laudat im thtigen Christenthum | P. II. p. 280.

Respondetur vero, Lutherum adversus Pontificios disputare, qui statuunt neminem, ne quidem in case necessitatis, docere posse, nisi rite vocatum & multa cum ceremonia initiatum Sacris. Quod tamen inficiatur Lutherus, provocatus ad Stephani Proto-Martyris exemplum, qui, licet non ad prædicandum, sed ministrandum, vocatus, nihilominus absentibus iis, ad quos primariae docendi partes spectabant, publice annuntiaverit Evangelium. Urget etiam Spirituale Sacerdotium, & ex 1. Cor. IV. Ps. LI. & CXVI. docet, Christianos omnes ad amplificandum nomen Domini obligatos esse. E quibus aliasque infert, cuivis Christiano in case necessitatis fas esse, publice docere. Huc spectant illius verba in der Kirchen-Post. W. T. f. 123. Ein Christ mag lehren / wo er siehet daß der Lehrer fehlet. It. Paulus gibt Macht zu lehren / NB. wo es Noth thut. Et T. II. Jen. Germ. f. 244. Wo keine Christen sind/ da ist ein Christ schuldig den Unchristen zu predigen — — ob ihn schon kein Mensch berufen — — denn NB. Noth bricht alle Geseze ic. Conf. Gerb. de Minist. p. 112. Atque sub hac conditione, & non aliter, cuivis docendi potestate Lutherum dedisse, eo usque verum est, ut ne ipse quidem Adversarius, id audeat diffiteri. Monet tamen 2.) Hanc Limitationem iis in rationibus, & locis, ad quæ provocaverit Lutherus minime contineri. Lutherus, inquit, hätte vermöge seiner eigenen Gründe von erwähnten zusehen / des Nothfalls und des Beruffs / abstehen müssen / wenn ihm die Sache wäre rechtschaffen vorgestellet worden. Etenim, pergit, Lutherus potestatem publice docendi e Spirituali Sacerdotio deducit. Hoc autem a.) ad omnes fideler pertinet: b.) nullam Vocationem humanam prærequisit: y.) doctrinam publicam præcipue involvit. E.


R. Sacerdotium spirituale ad omnes pertinere Credentes admittimus. Fatemur quoque, ad illud nullam hominis Vocationem requiri. Quæ cum nihilominus a futuro doctore publico exigatur, vel ex hoc unicoliquet, a Sacerdotio Spirituali & interno, ad externum atque visibile non oportere concludi. Quapropter potestatem docendi publicam Sacerdotii mystici præcipuum partem esse, quod putat fanaticus, prorsus inficiamus. *Etsi enim omnes Credentes sunt Spiritualis Sacerdotes* (verba sunt Löbeck Disp. XVI. in A. C. n. 46. pag. 356) non tamen omnes sunt doctores. Paulus enim 1. Cor. XII, 29. scribit: *non omnes esse Apostolos, non omnes Prophetas, non omnes doctores, & non omnes habere donum*.

interpretandi, & explicant Scripturas, sed diversimode demum distribuere domus spiritus sui pro utilitate & aedificatione Ecclesiae v. 7. 8. 9. Et Petrus scipsum interpretatur, fideles omnes vocans sacerdotes, non ut omnes promiscue sine peculiari Vocatione ministerio verbi, & Sacramentorum fungantur, sed ut offerant hostias Spirituales Rom. XII, 1. Ebr. XIII, 10. Et certe Sacerdotii Regalis, (sic enim in scriptura perpetuo appellatur Ex XIX, 6. Ies. LXI, 6. 1. Pet. II, 5. Ap. I, 6.) partem esse doctrinam publicam nullibi legitur. Forma quippe ejus consistit in possessione, & usurpatione facultatis, tum rigendi, tum sacrificandi, quorum illa carnem, cum suis concupiscentiis: haec spirituales hostias II. cit. respicit, quod egregie ac pernervose ducit B. Carpz. in Disp. de regali fidelium sacerdotio cap. II. Itaque Lutherus eti publice docendi potestatem ad hoc Sacerdotium referat; distinguuit tamen inter ius & juris exercitium, quorum illud ad omnes, hoc ad solum in Ecclesia Ministrantium, legitimate vocatorum Ordinem pertinere existimat, juxta 1. Cor. XII, 28. Eph. IV, 12. seq. Addo, quod pro ipsius Adversarii confessione, omnes Christiani sunt sacerdotes mystici: qui tamen non omnes habent idoneas vires docendi publice, & explanandi scripturas. Quo ipso palam sit, beneficium sacerdotii cum beneficio prophetiae non oportere confundi, quod quidem subodoratus Dn. D. Spenerus, vom Geissl. Priesterthumb qu. 13. p. 19. faretur: Dass eigentlich zu reden/ das Opfern zum Priesterthumb/ und das Göttliche Wort zum Prophetischen Amt gehöre. Urget.

3.) Lutherum ad 1. Pet. II, 9. provocare, quo tamen loco neque de casu necessitatis, neque de praequisita Vocatione agatur. Loqui enim de omnibus. Vocari autem omnes non posse. E.


Respondemus cum Lobeckio in A. C. I. c. p. 357. Uti hoc verum est, de generali mandato, & vocatione, quam omnes fideles in baptismo accipiunt, & qua ab illis requiritur, ut suos instituant Deut. VI, 20. de verbo Dei inter se colloquantur Ephes. V, 19. consolentur se invicem Dei verbo 1. Thess. IV, 18. Evangelium conseruantur; Ita frustra ad peculiarem Vocationem, qua ministerium verbi & Sacramentorum, certis personis ad illud idonis demandatum, trahitur & accommodatur. Deus enim non omnes, sed aliquos in Ecclesia constituit Doctores & Pastores Eph. IV, II. 1. Cor. XII, 29. Et quemadmodum non sequitur: Omnes Laici sunt Reges Apoc. I, 6. E. omnes politice, ac civiliter regnabunt; Sic non sequitur: Omnes Christiani sunt Sacerdotes. E. omnes publice, & sensibiliter praedicabunt. Quod argumentum est Ministerii Tripol. quo Praetorium conficit Arg. VIII. p. 186. Interim in casu necessitatis licere cuivis, etiam non vocato, in Ecclesia docere ex hoc loco Petri nec non 1. Cor. IV. Ps. CXVI. & LI. recte colligebat Lutherus, ob universalitatem mandati, in eoque fundatam vocationem generalem, quam, ubi rite vocatus, qui doceat, non adest, posse Christiano doctro sufficere, supra mouimus. Excipit in primis 4.) Lutherum pro se adducere Stephanum, quem tamen florente Ecclesia, & citra vocationem, docuisse constet. R. Stephanum citra vocationem docuisse, falsissimum est. Erat enim vocatus immediate a Deo, cuius testimonium erant regata, ναι σημεῖα Act. VI, 5. 8. Vocatus erat mediate & ab Ecclesia πρὸς δικανίων 1. c. v. 6. Lutherus autem eodem sensu vocatum fuisse ad praedicandum negat, quo Paulus se ad baptismandum fuisse missum iniciatur 1. Cor. I, 17. Diaconos enim t-t. non tam verbi praecoriam, quam mensa ministerium curare debuisse constat. Vid. Cl. Ephencus in I. ad Tim. f. 144. Reliqua, quae objicit adversarius, vel iam ante discussa sunt, vel sua se levitate destruunt. Nec Augustanus etiam Confessionis auctoritatem afferere opus est, cum sua se claritate adversus affundendam a fanatico caliginem facile tueatur.











( II )

S. X. *...o lo in ius... m...b...orum maneat sententia, qui per Tem-... hic parva templa ad formam templi E-... parvo Dianæ simulacro a Demetrio & o-... ex argento efficta & elaborata fuisse sta-... em in textu nostro præcise est additum,... e notante Pricio, d... sumendum... em ejusmodi nugamenta ex auro quo-... imo ligno fieri consueverant, uti ex su-... aliunde satis constat.*

S. XI.

*in loco quædam de templo Ephesiae Dia-... celebratissimo, ejusque structura artificio-... epositæ magna, donariisque eximiis di-... la pluribus jam eruditis esset præstatum,... i habes apud Clarissimum Virum Jo. Al-... in Bibliographia antiquaria Cap. IX. §. 19. ... in hic annotasse forte non ingratum erit,... pecunia, quam ex præda comparave-... d Megabyzum deposuerat, extruxisse Sci-... rum in honorem Dianæ, ad similitudi-... uis templi Ephesini. Qua de re ipsius... V. de Expeditione Cyri p. 274. sic scri-... re hubet: Επεὶ δὲ ἔστη τοῖς Ξενοφόντοις κατοικεῖν @... , επεὶ τῶν Δαρειδερμάνων οἰκισθέντες τοῦτο τὸ Μεγάλου @ εἴς Ολυμπίαν Θεωρήσων, κατὰ τοῦτον τοῦτον ἀπόφ. Ξενοφόντες λαβών, χωρίον ὡκε-... εῖναι ὁ θεός. ἔτιχε δὲ σταύρον σφραγίδα τῆς χωρί-... εῖναι ἐν Εφέσῳ δὲ τοῦτο τὸν τοῦ Εφεσίας Αργέμι-... ποτε μόδιον παρερρέει, καὶ ἵχθυες δὲ ἐν ἀμφοτέροις δὲ τῷ Σκιλετῷ χωρίον τοῦ θηραὶ πάντων ὄντος εἰ-... δα. ἐπούσε δὲ καὶ ναὸς τοῦ θεοῦ βωμὸν δέπο τῇ ιερῷ... διὰ τοῦτον τὰ ἐπὶ τῇ ἀγρῷ ὥραια, θυσία... quas Joh. Lewenklaius ita latine vertit:*  
*esset in exilio Xenophon, ac jam Scilunte ha-... lum a Lacedamonitis propter Olympiam con-... ditum*